

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

OPERA  
JOSEPHI VIRI  
INTER IUDAOS DOCTIS-  
SIMI AC DISERTISSIMI, QVAE AD  
nostram ætatem peruererunt, omnia,  
nimurum:

DE ANTIQUITATIBVS IVDAICIS LIBRI XX.  
quibus in fine loco Appendix vita Iosephi per ipsum conscripta, est  
adiecta: De bello Iudaico Libri vii. ex collatione Græcorum Codic-  
cum accuratè castigati: Contra Apionem Libri ii. pro corruptissimus  
antea, iam ex Greco itidem non solum emendati, sed etiam suppleti,  
ac integritati pristinæ restituti: De imperiorationis, siue de Mac-  
chabæis Liber unus, denuò recognitus, Ante hac à Gracæ lingua peri-  
tissimo, ac historiarum studiosissimo viro in Latinum sermo-  
nem translata, & ad exemplum Græci Codicis  
accuratè distincta.


NUNC VERO SVMMA CVM DILIGENTIA CHRONO-  
logia ad caput uniuscuiusque folij, cùm ex veterum cum recentiorum Scri-  
ptorum Commentarijs, cumq; scholijs necessarijs, per doctum quendam  
virum in communem Rei literariz utilitatem se-  
cens concinnata.

CVM INDICE LOC VPLETISSIMO.

OMNIA QVAM ABSOLVTISSIME HAC EDI-  
tione emendata, & à mendis, quibus scatebant  
plurimis, repurgata.

FRANCOFORTI AD MOENVM,  
impensis Sigismundi Feyerabendij,  
CIO. IO. LXXXVIII.

UD. 3126.



BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.

# AMPLISSI

MAE DIGNITATIS VIRO,  
 DOCTRINA SAPIENTIAQUE ET MVL-  
 to rerum vnu præstantissimo Dn. Erasmo Neustettero,  
 cognomento Sturmero, Præposito Combergensi,  
 Ecclesiarum Bamberg. & Herbipol. Ca-  
 nonico, &c. Equiti Franco,  
 S. P. D.



V M F L. Iosephi illa à Sigismundo olim Ge-  
 lenio, V. CL. latinè edita opera denuò typis  
 hinc eleganteribus minoribusq; adornanda  
 curâsem; non modò ad nosa huius editio-  
 nis laudem interesse putabam, si tuæ, Antistes  
 optime, inscriberem eacuerendæ amplitudini, sed & fore per-  
 suasum mihi erat, vt in nomine tuo firmissimum esset situm  
 ipsius aduersus iniquiores Criticorum calculos præsidium, tan-  
 toq; venirent amabiliora, etiam quo prodeunt ornatoria.  
 Evidem reuerendam Amplitudinem tuam, honoribus et ateq;  
 proiectam, non ignorabā negotijs assidue grauioribus distineri,  
 & curis occupari maioribus. Itaq; interpellare eam, atq; has illæ  
 opinione multorum inanes, quasi merces obtrudere primùm  
 verebar. Verūm vbi reuer. Amplitudinis tuæ ingenium huma-  
 nitatemq; animo intuerer, ad tuamq; multorum annorum in-  
 souēdis literarum studijs consuetudinē mentem referrem, nibil  
 metui, à tuo rnis ipse vt patrocinio excluderer, summaq; vt li-  
 cceret obseruantia erga te mea libri recentis inscriptione satis-  
 facere, nim̄ rūm cūm summissæ id erga te affectionis sit argu-  
 mentum, non annum meum hoc ex munusculo, sed munuscu-  
 lum ex animo meo estimabis, respecturus scilicet nō quid reuer.  
 Amplitudinis tuæ dignitas postulet, sed qd mea posit tenuitas.

Gentis id tuæ proprium est; artium opt. curam suscipere,  
 passimq; iacentibus disciplinis open ferre, & hoc genus ma-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

nusculorum non aspernando ἢ κατεργάζεσθαι τοιούτοις  
secundum Artaxerxeni Persarum regem, τὸν οὐχίαν διδόνει  
τοιούτοις λαφύροις ἀπειπεν. Exempla maiorum tuorum ve-  
tustiora non adducam, vno iam propinquuo tuo Danielo Stiba-  
ro contentus; quo in Germania olim tum amico homines docti-  
rum patrono vst nomen eius & egregia in Rempub. merita per  
orbem terrarum scriptis celebrarunt immortalibus. Ille Herbi-  
polensis Ecclesiae columen, Reuocandi collegij splendor, totius or-  
ientalis Francie decus Musis errantibus, cui illustrem de edi-  
tiore specula faciem prætendens iter ostendebat & hospitium,  
earumq; consuetudine in omni vita sua delectatus, subuenie-  
bat eagentibus, afflitos excitabat. Tuam ille in dolem, &  
maiores etate ad virtutem impetus cùm animaduerteret, &  
primate pueritia singulari amore complexus est, tuamq; te o-  
lim familiam illustraturum auguratus, in aula sua moribus  
& literis expositum, ad sui imitationem, & quasi imagi-  
nem totum effinxit. Adolescens igitur cùm aliquam latina  
iam linguae facultatem consecutus, cogitationes tuas omnes ad  
maiores in studijs progressus conuertisse; autoritate illius Lo-  
guanum, atq; in eminenterores cum Galliæ tum Italiae deinceps  
Academias profectus es; ubi tuum te ingenium, tui te mores ita  
liberalium disciplinarum, & loris viri usq; Professoribus, ce-  
terisq; viris quibuscum vixisti prestantissimis, commendâ-  
runt, ut incredibili eos studio tui incenderes.

Præclaram verè eruditionem tuam, tot partam vigilijs &  
peregrinationibus, rbi bene viuendi consuetudine confirmâses,  
& in illius, quem dixi, propinquæ de te opinionem comproba-  
ret cœnitus; insignes patriæ tibi eximia, tum rerum cognitione,  
tum linguarum peregrinarum facultate predito, honores tri-  
buit, & campum, in quo virtus tua excurreret, apernit latissi-  
mum. Impendebat tremenda communis pars, cùm edys ca-  
ptilibus auda, tum dissidentia inuidiaq; confirmata pertur-  
batio; & tempora omib; propè Reip. membris concursis, &  
quæ

## EPISTOLA DEDICATORIA.

quasi luxatis multiplici iam tum calamitate grauida esse vi-  
debantur. Istum igitur quasi partum modis omnibus auertere  
cupientes, Ecclesiarum tum Bambergensis, tum Herbipolensis  
Proceres, acerrimo in astimaudis hominum moribus iudicio  
prediti, singulari re studio collegim asciuerunt, atq; ita affecti,  
ut quæ virtuti premia debentur libentissimè persoluant, exi-  
miste sacerdotijs collocuples arunt, ad quos scilicet honorum  
gradus non illorum te sautor, sed excellens ingenium tuum  
euexit.

Tum vero Magistratus, quod a iunt, virum indicauit, &  
que cum voluntatis tum industriae tuae esset præstantia ostendit.  
Quot subiisti enim pro communi patria tempestates? quan-  
tis sape laboribus es perfunctus? dum eò consiliatus omnis, o-  
mnes cogitationes conuertis, qua ratione simultatū ille ac dis-  
fidorum procellæ, quæ infestare nos multis ab hinc annis cepe-  
runt, vel auerti penitus, vel ita saltē sustineri possint, ne sa-  
lutem populi in discrimen adducant. Itaq; obenundis sape lega-  
tionibus, multisq; perichlorum difficultatibus superatis, de-  
monstrasti tuam te salutem posteriorem salute communi du-  
cere. Quæ res tibi cùm solidum peperit gloriam, tum reveren-  
dam Amplit. tuam ad sublimiores quoq; honorum gradus ex-  
tulit.

Insignis Comburgensium Ecclesiæ te Decano annis pluribus  
quæm triginta æquabili prosperaq; fortunæ rfa nunc eodem te  
flaret Präposito. Annuos ibi redditus maiorem in modum auxi-  
sti; ædifica magnifica picturis exornata artificiosissimis extru-  
xisti; Bibliothecam optimorum manuscriptorum etiam, libro-  
rum copia instructum aperiuiti, sufficiendum ad omnem po-  
steritatem meritorum tuorum monumentum. Cumq; nibil sit  
difficilius, quæm rebus secundis, atque ad voluntatem nostram  
fluentibus seruare constantiæ, & sic uti fortuna, ut benefi-  
centia non arrogantia facultatem dedisse videatur; in sublimi  
dignitate istæ rerumq; omnium abundantia, nungiam reue-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

renda ampl. tua efferti, nunquam commoueri, nunquam ad ipsam referre quicquam, sed cuncta Deo, perenni bonorum fonti, ascribere visa est, neq; suo vnuquam seruus officio perfuncturam existimauit, quam de communis hominum societate bene merendo.

Imprimis vero cum, ut ait ex Ennio M. Tullius, benefacta male locata malefacta sunt, reuer. amplitudinis tuae liberalitatem commendat eorum, quos beneficijs afficiendos censes delatus. Beneficia enim illa temeraria, in quibus neq; dignitas accipientium, neque iudicium conseruentium agnoscitur, nullam existimas laudem mereri. Illis igitur potissimum reuer. amplitudinis tuae benignitas rem familiarcm aperit, quos vita morumq; probitas acetera clientum turba distinguit, quiq; ingenio praestantes suos iam studiorum edunt fructus.

Assentari nescio, & vt sciam, non volo, neq; reuer. amplitudinis tuae seruio auribus. Astipulatur in scriptis hominum vox eruditissimorum, qui aeternis ingenij monumentis virtutum tuarum exempla ad posteritatis memoriam transmitunt. Quid referam enim illustria illa Germanie lumina Lotichium, Posthium, Rudigerum, Melissum, Modium? quorum splendida iam pridem, & plena venustatis poëmatare reuerenda amplitudinis tuae nomen in omnes rbi humanitas colitur partes Europa dissiparunt.

Non igitur grauatere reuer. amplit. tua, cum eruditorum neminem a suo congressu atq; sermone vnuquam excluserit, sed sui copiam adhuc secerit omnibus, erga Iosephum huc nostrum patroni partes suscipiet, & qua alios eadem & ipsum benignitate complectetur Etenim nulla reuer. amplitudinis tuae res adhuc esse potuit tanti, vt ullam putaret voluptatem ea cum voluptate esse conferendam, qua legentes scribentesve afficiuntur. Legere memini me sacllos a reuer. amplit. tua versiculos canorus & concinnos, illustria ingenij studiorumq; tuorum argumenta. Heribipole: rufi: g: i: Et: Eccl: si: t: b: i: j: p: t: i: m: i: annis De-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

cano cùm sublimiores ante oculos honores obuersarentur, vt  
eas dignitate abdicâssi, dignissimam ea, vt eras, videri maluisti,  
quàm eadem gerenda occupatus a studijs humanioribus diuelli.  
Ostendisti scilicet, virtutem magis ipsam te diligere quàm vir-  
tutis insignia. Verè igitur, secundum Posthium nostrum,

Tu contemnendo quæ alij mirantur & optant.

Esse animo ostendis cuncta minora tuo.

Istud igitur, Antistes amplissime historia sacra compen-  
dium, 4035. annorum gesta uno volumine complectens, suscipe,  
&, quoniam consuetudine virorum illustrium delectaris, cum  
Regibus hic & Principibus, cumq; prudentissimi Rerum gu-  
bernatoribus, imò cum Deo ipso, loquere.

Pradicari verò à me hic aut commendari autorem non est  
necessus, ipsa eum hac opera commendant, &, quod dici solet,  
aut id est, or artificem demonstrat, neq; etiam notissima illa  
multis in locis commemorata ab alijs Historie preconia, ne a-  
ctum agerem, hic retexenda putavi. Quod igitur restat, Deum  
Opt. ter max. qui reuer. amplitudini tuae istam mentem dedit  
aig; autoritatem, oro toto pectore, vt tuum communibus stu-  
dijs patrocinium velit esse maximè diuturnum, annosq; tuos  
aquiet cum ijs bonis, quæ in te contulit summa. Vale. Data ex  
adibus meis Francofordia ad Mænum, Calend. Febr. Anno  
M. D. LXXXVIII.

Reuerendæ amplitudinis tuæ

obseruantissimus

Sigismundus Feyerabend,  
ciuis & Bibliopola  
Francofordensis.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# FLAVII IOSEPHI VITA.

**S**T igitur non obscurum inihi genus, sed longa Genus Iosephus  
serie deductum à sacerdotibus: & Ione quemadmo. phili-  
dum apud alios alia nobilitatis rationes censentur,  
ita apud nostrates ius sacerdotum habere argumentum  
est illustris originis. ego autem non solum ex sacer-  
dotum oriundus sum genere, verum etiam ex vice  
prima inter viginti quatuor illas, quas inter nō me-  
diocre discrimine est, quin & ad regum genus per ma-  
trem pertineo: quandoquidem Asamonitorum familia, ex qua illa pro-  
gnata est: tempore longo regnum simul & sacerdotium a gente nostra  
obtinuit. nunc ipsam feriem propagationis per texam. Atavis mibi fuit Hophis.  
Simon Pfeillus cognomine, quo tempore Hyrcanus Simonis Ponti fi-  
lius eius nominis primus summum sacerdotium tenuit. i.e. nouem fi-  
lios habuit, & in his Matthiam Aphistax cognomine hic ex Iona: bæ sum. Iosephus;  
ini Pontinensis filia Matchiam Currum suscepit, primo anno Hyrcani Matchias fi-  
principis. ex eo Iosephus progenitus est anno regni Alexandriæ nono: Ius imperij  
qui Matthiam genuit annum decimum regnante Archelao. is porto me C. Caesaris  
genuit imperij C. Cesari anno primo, ipse autem filios habeo tres: quo- anno pri-  
rum Hyrcanus maximus natus est anno quarto Vespasiani Principis, mo mundi  
deinde septimo Iustus, nono Agrippa atque hanc generis nostri succel- vero 400.  
fionem ut est in publicas tabulas relata huc transcripsi, patui faciens à nato Chri-  
improborum calumnias. Matchias autem meus pater, non nobilitate sto 39. natus.  
solum, sed multo magis iustitia fuit celebratus, cuius nomine tous, quā  
amplia sunt, Hierosolymis innotuit. ipse à pueris ac cum Matthia ciu-  
dei in parentibus nato incumbens disciplinis egregie profeci, vitusque Iosephus à  
sum intellectu & memoria præcellere: ita ut item quartum decimum pueritia dis-  
annum agens laudem consecutus ex literatum studijs euam à Pontinici c. plinis in-  
bus & viris primoribus de penitiori legum sensu consulerer. Iextum cumbit.  
decimum d'inde ingressus, decrevi nostratum sectarum gultum aliquē  
capere, quos tres esse diximus, Pharisorum, Sadducorum, & Esseno-  
rum: sic enim faciliorem delectum fore putabam, si omnes cognosce-  
rem. itaque duro victu & magnolabore per omnes rues transi: ac ne  
hac quidem experientia contentus, cum audisset Banum quendam  
in solitudine vivere, amictum sibi parantem ex arboribus. & sponte  
prouenientibus alimentis vtentem, crebrisque nocte ac die lauacris fri-  
gidis ad castitatem tuendam, cœpi eius institutum imitari: exactisque  
in ciuis contubernio tribus annis postquam concupitis satis potitus  
sum, in urbem redi. Iamque vnde viginti annos natus, ciuilem vitam  
aggressus sum, addictus Pharisorum placitis, proxime ad Stoicam a-  
Pud Græcos sectam accendentibus. Post annum vero aetatis sextum supra  
vigesimum Romanum mihi proficiendi contigit ob causam hanc. Quo tem-  
pore Felix in Iudea procurator erat, sacerdotes quoddam mihi famili-

Iosephus  
Pharisaius,

# VITA IOSEPHI

aces, viros honestos & bonos, ob leuem quandam culpam vindictos Romanum misit, astutos causam suam apud Cæfarem. quos vt aliquo pacto cripere in periculo, præsertim cum audirem, ne in calamitate quidem constitutis curam pietatis excidisse, & ficias ac nucibus eos vitam sustentare, veni Rōnam multis in mari exhaustis periculis. mensa enim nostra nau in medio mari Adriatico, circiter sexcenti per totam noctem natauimus, & diluculo demum Cyrenaicam nauem Deo fauente conspiciati, octuaginta fermè nostrum feliciore usq; natatu in eam recepti sumus. ita seruatus Dicæarchiam, siue Puteolos vt Itali vocare malunt, familiariatem contraxi cum Alituro minorum auctore, qui iudæus genere Neroni carus erat: per quem vbi Poppeæ uxori Cæfaris innoui, confessim per eam impetraui absolutionem illis sacerdotibus: præterque magnis donatus ab ea muneribus in patriam reuersus sum. ibi deprehendi iam nouatum rerum studia gliscere, multosque ad defectionem spectare à Rom. pop. itaq; conabar seditiones ad meliorem mentem reducere, proponens eis ob oculos cum quibus essent bellum gesturi, nimium cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate essent impares: monebamque ne temere ac imprudente patiam, scisque, & suos in extremum periculum coniicerent. ad hunc modum vehementer dehortabar, infelicissimum belli finem prospiciens. nec tamen quicquam profeci, tanta erat tum desperatorum infania. Veritus igitur, ne eadem continenter apud eos repetens in odium aique suspicionem incidere, quasi fautor hostium, neve hoc nomine comprehensus ab eis neci traderet, occupato iam castello Antonia secessi ad templum interius, deinde post occisum Manahemum & primates latronum cohortis rutsum ex templo prodij, versabarque cum Pontificibus & Pharisæorum primoribus, non mediocriter sibi timenter. videbamus enim populum arma corripiisse, ipsi inopes confisi. & cum non possemus tumultuarores compescere, quod ea res non carceret periculo, simulabamus quidem nos illorum scatentiam, suadebamus tamen ut se continerent, & hostem abire sinerent, quod speraremus Gessium brevi venturum cum validis copijs, & cum tumultum sedaturum. At ille reuersus, & in prælio cum multis occisus, sua clade extremam toti nostræ genti calamitatem attulit: mox enim belli autoribus additus est animus, sperantibus omnino Romanos devincendos, quo tempore & aliud quiddam accidit. Syriacum circumiacinatum habitatores Iudeos intra eadem monia secum degentes comprehensos vñà cum uxoribus & liberis trucidabant, sine ullo crimine: quippe qui neque deficere à Romanis cogitauebant, neque contra ipsos priuatim aliquid moliti fuerant. Sed inter ceteros eminuit impia Scytopolytarum immanitas. Cum enim bello pertinerentur à Iudeis exteris, coegerunt suos Iudeos contra tribulos armare, quod nostris veritum est legibus: horumque ope hostes proficiuntur. post victoriam autem oblitis fidei socijs inquiliinis debitis, omnes occiderunt, cum essent multa hominum eius gentis millia. nec mitius tractati sunt Iudei Damasci incolæ. Sed de his prolixius in Iudei necesse est, libris de bello Iudaico narravimus: nunc ob hec tantum earum cladiū memini, vt sciat lector nostram gentem non vitio, sed necessitate compulsa ad id bellū deuenisse. Itaq; profligato Gessio hic uolymitano, tum

tum primores cū videbant latrones cæterosq; pacis turbatores habere  
 armorum copiam, veriti ne ipsi inermes inimicis obnoxii fieret, vt post  
 accidit: cognitoq; quod Galilæa noudum tota à Romanis defecisset, sed  
 Pars eius etiam tum quiete ageret: miserunt eo me & alios duos sacer-  
 dotes, viros honestos ac bono, Ioazarum & Iudæam, vt prauis illis homi-  
 nibus persuaderemus arma deponere: doceremusq; satius esse cōmitti  
 e gentis optimatibus placere enim vt illi arma in futurum semper pa-  
 rata habeant. expectandū tamen dum certo sciatur quidnam Romanis  
 sit animi. Cum his mandatis in Galilæam veniens reperi Sephoritas in  
 magno discrimine, ruitus patiām contra Galilæorum vim volentium  
 eam dīspēre, quod persistarent in amicitia Romani populi, fidemq; ser-  
 uarent senio Gallo rum Syriæ præsidi. His ego securitatem reddidi sed a  
 ta infesta multitudine permisiq; vt quoties vellent in Dora (ea Phœni). Seditio in  
 eis urbs est) ad suos mitterent, quos obsides Gessio degerant. Tiberiadis urbe Tibe-  
 autem incolas inueni iam arma sumpsisse ob huiusmodi causam. tres in iude.  
 hac urbe factiones erant: vna honestorum virorum, cuius caput erat Ju-  
 lius Capella. Is & qui cum sequebantur, Herodes Miar, Herodes Gama-  
 lii, Complus Compli: Crispus enim huius f. aet olim à maiore Agrippa  
 ei urbi præfectus cum in suis possessionibus trans Iordanem agebat: hi  
 omnes inquam, autores erant manendi in fide Regis & Röm. pop. solos  
 ex nobilitate P. stus dissenterebat in gratiam Iusti sui filij. altera factio è  
 plebeis & obscuris constans bellandum decernebat. in terra Iustus e- Iusti Pisti si-  
 minobat Pisti filius, dubitare se de bello simulans, sed interim occulte lij ad multi-  
 plicationem rerum cupiens, cuius occasione sperbar se consecu- tudinem o-  
 zum aliquam potentiam. itaque progressus in concionem conabatur rati.  
 docere multitudinem quod eorum ciuitas inter Galilæas semper sit  
 habita: quodque metropolis eius regionis fuerit Herodis tetrarchæ  
 tempore, qui plius conditor Sephorim ei subiecerit. hanc præminen-  
 tiā ei mansille & sub Agrippæ patris imperio, vsq; ad Felicem Iudææ  
 præsidem: nunc deum postquam Agrippæ juniori à Neroni donata  
 sit, primatum amississe. mox enim Sephorim ex quo Romanis patere Iusti populi  
 coepit, reliquæ regioni præpositam: defuisseq; apud se archiuæ & men- ad defec- o-  
 sam regiam. His & alijs multis in Regem iactatis cum irritasset ad defec- nē irritat.  
 tionem populum, siebat nūc esse tempus correptis armis & assumptis  
 in societatem reliquis Galilæis primatum sibi de integro vindicare o-  
 mnibus fauentibus Sephoritarum odio, quos pertinaciter hærentes in  
 Romanorum amicitia, libenter aliqua clade afficerent: iuandosque  
 eos conatus totis viribus. His dictis permouit multitudinem, quod ha-  
 biceret popularem quandam facundiam, & seniora suadentes verborum  
 præstigijs vinceret. erat enim Græcarum disciplinarum non imperitus,  
 quibus fretus ausus est rerum tunc gestarum historiam texere, quo ve-  
 ritati iucundum faceret. Sed de huius nequitia, & quomodo vnde cum  
 suo fratre patriam penè subuerterit, procedenie sermone narrabi- Iustus bellii  
 mus. Tunc autem Iustus ciuibus persuasis, quibusdam etiam coactis fax.  
 arma capere cum omnibus egressus, incendebat vicos Hippenerum at-  
 que Gadarenorum contiguo, Tiberiadis agro & Scytopolitanorum fi-  
 nibus, quz dum apud Tiberiadem geruatur, Gischalorum status erat  
 talis. Ioannes Leui filius videns ciuium suorum quosdam ferocientes  
 iugum Romanorum excutere velle, conatus est conservare in fide &  
 officio

Sephoritarum  
discrimen.

Tres in urba  
Tiberiade fa-  
tiones.

Iusti Pisti si-  
minobat Pisti filius, dubitare se de bello simulans, sed interim occulte lij ad multi-  
 plicationem rerum cupiens, cuius occasione sperbar se consecu- tudinem o-  
 zum aliquam potentiam. itaque progressus in concionem conabatur rati.

Iustus bellii  
mus.

# VITA IOSEPHI

**Gischala incensa atque diruta.**  
 officio: quod tamen nullo modo efficere valuit: interim vicini populi Gadareni, Gabaraganzi, & Tyrii collectis validis copijs irruentes expugnant Gischala, quibus incensis atque dirutis domum se recipiunt, quam iniuria Ioannes accenitus suis omnibus armatis, confictuque cum predictis populis habito, instauratam patriam securitatis caula cinxit invenientibus. Gamala autem in Romanorum fide perstabant ob causam hanc, Philippus Iacimi filius, Agrippa Regis praefectus, præter spem dum regia Hierosolymitana oppugnaret ut clapsus in aliud periculum incideret, ne iugularetur a Manahemo & socijs eius latronibus: seruatus est tamen interuentu cognatorum quorundam Babyloniorum, qui tum erant Hierosolymis: quintaque post die quo minus agnosceretur in tacto capillatio fugam inire. & cum peruenisset ad quendam suę possestionem vicum sicut prope castellum Gamala, accessit aliquam multos habiti subditos. interim diuinitus ei quiddam accidit, quod alioqui peritura salutem attulit. nam repentina febre conceptus literas ad Agrippam & Berenicen scriptas liberto cuidam commisit, qui Vario eas cedderent, tum profecti obuiam Gessio. at Varus acceperis Philippi literis, cognito, que quod evaserit, tulit id grauiter, vetitus ne posthac Rex & Regina non egerent sua opera, ut Philippo in columni reddito productum igitur ad plebem cum qui literas attulerat, & accusatum tanquam falsarium, quodque fictum nuncium attulisset, Philippum Hierosolymis cum Iudeis contra Romanos bellum gerere, suppicio tradidit. qui cum non reueteretur ad Philippum, ille causam nesciens rursus alium misericordia reditum. Verum & hunc Varus oppresit per calumniam, etiam à Cesariensisibus Syris inflatus fuerat vt aspiraret ad sublimiam, dicentibus fore vt Agrippa interficiatur à Romanis ob rebellionem Iudeorum, & iphi detur regnum debitum propter cognationem regiam. nam constabat Varum esse regij generis, descendente à Simeone tetrarcha Libani. Is igitur spe tali elatus literas apud se retinuit, diligenter cauens ne peruenirent in manus regias: obseruabatque omnem exitus, ne quis clam clapsus renunciaret Regi quæ ibi fieri possent. multosque Iudeorum interficiebat in gratiam Syrorum Cesariensium, quin & in Bathanæa Iudeos qui Babylonij vocantur, Bathyrat incolebentes decrevit opere Trachonitarum inuadere: vocatisque ad se Cesariensisibus Iudeis duodecim primarijs, iussit eos profectos illo nunciare suo nomine tribulibus: relatum sibi esse quod bellum aduersus Regem molirentur: sed quia non liberet credere, denunciare vt arma ponerent, id enim argumentum fore certissimum, quod meritò fidem non habuerit falsis rumotibus. adiunxit, mittendos esse viros septuaginta ex optimis legatis cum Bathyram venissent ad stræ gentis homines, eosq; nihil noui molierentur, persuaserunt vt septuaginta viros mittarent. hos aduentantes cum duodecim legatis Cælaream, Varus stipatus regio milite in itinere exceptos vna cum ipsis legatis interficit, ac mox pergit contra Gamala sese rei Iudeos incolentes Bathyram, sed præuenit eum quidam ex illis septuaginta, quo ginta casu seruatus, quo nuncio moniti arreptis armis receperunt lecipientibus, & Philippus uxoris & liberis in castellum Gamala, relictis vicis refertis multis oculis conteste. pibus, & pecorum ingenti numero, quo audito Philippus & ipse codem se con-

se contulit, ad cuius aduentum acclamabat populus vt ducem se eis preberet, & contra Varum ac Cæsarienses Syros bellum susciperet. fama enim sparserat Regem ab his occisum esse. Philippus verò comprimebat eorum ius petrum, collata in eos Regis beneficia in memoriam reuocans, tum quanta esset Romanorum potentia, quam rebellando irritate immanni pericolo non careat, atque ita tandem vicit huius vii i cōfiliū. Rex porro cum sensisset Varum velle apud Cæsaream Iudeos cum uxoribus & liberis multorum millium ex plentes numerum interficere, misit ei successorem Equum Modium, vt alibi dictum est. Philippus autem Gamala & vicinam regionem in Romanorum fide contigit. Gamala inuit. Interea cum venisse in Galileam, certis nuncijs super his rebus Romanorum edoctus, scripsi Hierosolymitanorum concilio, quid me iuberent sci. fide permiscitans. rescriptum est, vt in Galilea maneam, eiusq; tutelæ prouide net. Iosephus am, retent s etiam collegis, si illis ita vitum sit, hi cum multum pecuniae parassent ex debitib; sacerdotij nomine decimis, statuerant re Hierosolymitanorum uerti in patriam: sed rogati, vt tantisper in eum essent dum compo- nentem omnia, facile assenserunt. Cum his igitur à Sephoritarū vrbe concilij iussu profectus in Bethmauentem vicum veni dissipatum quatuor stadijs à Tibe- in Galilæa riade: missioq; nuncio accersiui ad me senatum Tiberiadis & primores manet. eius populi qui postquam affuerunt, & inter hos iustus quoq; dixi me vna cum collegis legatum à populo Hierosolymitano missum ad eos, vt agerem de diruendo palatio, quod ibi à se exstructum Herodes terraque variis animalium picturis ornauerat, cum id vetitum sit nostris legibus: rogabamq; vt nos quantoq; id facere permitterent. Quod cū diu Capella & suz factionis homines reculassent, tandem magna contentione assensum eis expressimus. intetim dum nos ea de re contendimus, iam Iesus Sophiæ filius nautarum & in opum factionis dux assumppta aliquam multorum Galilæorum manu palatum ineenderat, rarus Palatum se bonam prædam inde paratum, quia testa eius quedam inaurata Tiberiade viderat: multaq; in eo dicipuerunt præter animi nostri sententiam. incensum. nos enim post colloquium cum Capella & Tiberiensium primatibus apud Bethmauentem habitum in superiora Galilæa nos recepimus. Tū Iesu factio Græcos omnes eam vrbum habitantes interimunt, & quotquot iniunicos ante id bellum habuerant. His auditis, vehementer commotus descendit in Tiberiadem, dedique operam, vt quicquid Iosephus possem recuperarem ex direptis Regis facultatibus, candelabra corinthia, mensas Regias, & rudiis argenti satis magnam copiam. quæcumque autem recipi Regi seruare statui accitis igitur decem è senatu po. tioribus & Capella Antylli filio, vata illa eis tradidi, interdicens, ne cuiusquam præter me ea redderent. Inde Gischala cum collegis ad Ioannem Iohannes in veni, cognitus quidam haberet animi: moxque deprehendi cum Gischala. rerum nouarum cupidum affectare tyrannidem. rogabat enim me, vt sibi potestarem facerem exporrandi frumentum Cæsaris, quod in superioris Galilæe vicis erat repositum, dicens se id velle impendere in structuram mœnium patræ. at ego cum olfecissim eius conatus & cōsilii, negabam me hoc ei permittere. cogitabam enim id frumentum, aut Romanis seruare, aut mihi ipsi, quod haberem iam curam eius regionis à ciuitate Hierosolymitana mihi commissa. ergo cum nihil à me impetraret, collegas appellauit super hoc negocio futorum improvidos, & auidos munierum. ab his largitione totum eius prouincia fuit.

# VITA IOSEPHI

montum obtinuit, me non valente contra duos contendere. Deinde at  
 tero dolo Ioannes v̄sus est, siebat enim iudicis Cæsarez Philippi inco-  
 las, Regis cui suberant mandato intra moenia cohibus, querentes de  
 olei puri penuria, id à se petere, ne præter morē cogantur vici Græcorū  
 oleo hæc autem non religōnis respectu dicebat, sed v̄t̄stus turpis lucij  
**Ioannes Ju-** cupidine sciens enim apud Galatæ n̄ses sextarios duos drachmæ v̄na ve-  
**en** cupidus, nūc Gischalis autem octuaginta sextarios drachmæ quatuor, totū illud  
 oleum quod ibi erat ad eos transmisit, me quoq; vt videri volebar pet-  
 mittente, non enim volens permittebam, sed metu ne si obſili crevita-  
 pidaret à populo, postquam igitur concili plurimum pecunia: Ioannes  
 quæsiu t̄ hoc maleficō ex hoc oppido remisi collegas Hierosolyma, to-  
 tusq; posthac fui in comparandis armis & muniendis vrbibus, accidit  
 deinde latronum fortissimis, cum videtur non posse illis arma adimi-  
 persuali multitudini, vt mercede eos conduceat, conducebi ius docens  
 habere eos stipendiarios, quām sinec agros incursionibus corū diripi-  
 atq; ita eos dimisi faciatamento oblitios, ne n̄ si vocati in regionē no-  
 stram venirent, aut, n̄ si p̄m debitam recipere. iussos prius abſi-  
**Josephus Ga-** nere a Romanis & accolis in urā. Sed ante omnia, curauit in pace con-  
 tilizæ Prætes, tñnere Galilæam, cumq; vellem optimates eius regionis circiter septua-  
 ginta viros sibi ginta praetextu amicitia habere quasi obſides fidei, adscitos in amicitia  
 adiungit. Ieci mihi comites & iudicandi socios, pleraq; decernens ex ipso rū sen-  
**Josephus tri-** tentia, in primis curans, ne temere discedere in iustitia, vnde abstineret  
 ginta annos ab omnī cotuptela munerū, agens igitur annū trigesimum, qua arate  
 natus, nulli etiā si quis temperet cupiditatibus illicitis, difficile tamen eundū calu-  
 mulient vim iniatorum inuidiam, maxime, si cum magna potestate sit, nulli mulie-  
 bili ob- infect, & n̄i v̄m intuli, & nihil mihi obtrudi sum passus, vt rei nullius indigu-  
 trudi pati- ferentib; ex manubijs tamen partem post deuictos Syros accolás re-  
 tur.  
**Josephi erga** cepti, quas me Hierosolyma m. filie ad cognatos fateor. Cumq; bis Se-  
 phoritas v̄i expugnasse, Tiberientes quater, Gadarenses semel, & Io-  
 hostes bene- annem sapientiā inuidias mihi molitus in potestate redigisse, neq; de  
 ginitas. iplo, neq; de v̄lo memoratorū populorum poenas sumere sustinuit, vt  
 procedenie filio indicabimus, quamobrē opinor Deum recte factorum  
 inspectorem, & tunc me eripuisse ex inimicorum infidijs, & post sapēd  
 multis periculis, sicut suo loco dicetur. Tanta aurem erga me erat vulgi  
 Galilæorum fides ac benevolentia, vt expugnat̄is eorum oppidis, & in  
 captiuitatem abductis familiis, non tantum gemitus suis calamitati-  
 bus, quantum curæ incolumenti inextuendæ impenderent, hac viden-  
 tem Ioannem inuidia subiit: rogavitq; me per literas, vt sibi permit-  
 terem valetudinis causa apud Tiberiadem foueri aquis calidis: quod ei-  
 go nihil sulpicans libenter annui: quin & his quibus ciuitatis admini-  
 stratio per me fuerat credita scripsi, vt diuersorum ei pararent & comit-  
 tibus, terumq; ad commodum vñctum idonearum copiam, ipse interim  
 agebam in vico Galilææ, qui Cana dicitur. Ioannes autem postquā ve-  
 nit Tiberiadem egit cum oppidanis, vt obliti datæ mihi fidei ad se defi-  
 cerent: multiq; preces eius libenter admirerunt, homines gaudentes  
 iniquitatibus & mutarijorum audi proclivesq; ad dissidia: præcipue ve-  
 so lusto, & patri eius Pisto cupidè arrepta est deficiendi à me ad Ioan-  
 nem occasio. id tamen consilium interuentu meo feci irritū. Venerat  
 eam ad me à Sila, quem Tiberiensibus ducem præficerā, nuncius vo-  
 luntatem

lontatem eius populi indicao, & hortans ut properem: alioquin fore.  
 Ut ciuitas brevi in aliorum potestate veniat. lectis igitur Silz literis,  
 cum ducentis viris per totam noctem iter feci, præmisso nuncio, qui ad-  
 ventum meum significaret Tiberiensibus. mane autem iam ciuitati pro- Iosepho Ti-  
 ximo plebs mihi venit obuiam, & Ioannes inter alios, qui cum valde berensis  
 turbato vultu me salutasset, veritus ne detecto suo conatu veniret in plebs obuis  
 capitum periculum, properè se recepit in diuersorium. cumq; peruenis- venit.  
 sem in flumen, d missis absq; uno fæsellibus, retentisq; decem arma- Iosephi ad  
 tis, alloqui cœpi concionem Tiberiensium stans in celso quodā fugge- ciues Tibe-  
 sto: hortabarq; eos ne tam cito deficerent, alioqui fore, ut brevi eos fidei riensum ad-  
 mutata peniteat: neq; illis post hac quenquam crediturum facile, ni- hortatio.  
 mirum merito luspectis ob hanc præsentem perfidiam. Vix hinc effatus  
 etiam, cum audio ex meis quendam iubentem me descendere. non e-  
 nim tempus esse concilianda Tiberiensium benevolentia, sed prospiri-  
 ciendi incolumenti propriis, & quomodo inimicos effugiam. Ioannes Ioannes Jo-  
 enim postquam dicit me penè solum esse, delectos è mille suis militi- sephum in-  
 bus fidissimos misserat iussos me interficere: iamq; veniebant, & patra- terficere co-  
 rū fuiller facinus, nī ocius desiliuſsem cū Iacobo latellite, sublevatus natur.  
 ab Herode Tiberensi: à quo deductus ad lacū, nauigio quod fortè ibi na-  
 tur sum cōscenso, ciuitatis præter opinionē inimici perueni Tariche-  
 as. eius urbis incolæ audita Tiberiensium perfidia vehementer irati, cor-  
 septis armis hortabantur, ut se contra eos ducerem, dicentes se velle vi-  
 cisci lxi si ducis iniuriam: facinusq; hoc renunciabant per totam Galilæ. Galilæ Ti-  
 am, quò omnes citarent contra Tiberiadæ, rogantes, ut frequentes ad se Tiberiada in-  
 conuenirent, facturi de consilio ducis id quod visum fuerit. itaque ma- uadere po-  
 gnus vndiq; Galilæorum armatorum concursus factus est, postulant-  
 um, ut Tiberiada inuaderem, expugnatumq; diuferem, & incolas cum  
 totis familijs sub hasta venderem. idem suadebant & amici qui ex ea  
 vrbe euaserant. ego verò non annuebam, indignum satus civilis belli  
 initium facere, & censens non debere eam contentionem ultra verba  
 progredi: nō ne ipsis quidem siebam id condacere. si Romanis inspe-  
 cantibus diffidijs intestinis se confiant. hac ratione demum Galilæo-  
 rum ira placata est. Ioannes porro ubi non successerunt insidiæ, sibi ip-  
 si tenuit, & assumptis armatis quos circa se habebat relicta Tiberiade Ioannes Io-  
 Gischala petijt: inde ad me scriptum factum excusans, quasi nō fuisset eius sepho lese  
 conscientius: rogabatq; nequid suspicaret de ipso, addens iuramenta cū di- excusat.  
 ris execrationibus, quo magis scriptis suis fidem astrueret. At Galilæ,  
 quorū è tota regione denuo magnus cum armis affluxerat numerus, sci-  
 entes hominem esse malum & perjurum, rogabant, ut se contra eū du-  
 cerem, promittentes funditus se deleturos & ipsum & patriam eius Gi-  
 schala. Actis igitur pro fauore gratijs, pollicitus sum me eis non cellu-  
 runi officijs ac benevolentia: rogabam tamen, ut cohíberent seipso, &  
 dareni mihi veniam quod tumultus compescere mallem: abique cadi-  
 bus concesserunt id mihi Galilæ, moxq; Sephorim venimus. oppidanii  
 autē, quibus decretum erat permanere in fide Romani populi, timen. Iesus latro-  
 tes meum aduentum, conatilunt me in alia negotia distrahere, quod ipsis nun Prin-  
 securius degerent: missloq; nuncio ad Iesum latronum principē agen ceps.  
 tem in continis Pelemaidis, magnam pecuniam ei sunt polliciti, si Iosepho Ie-  
 cum octingentorum manu quem alebat, bellum nobis inferret. is pro- sus bellum  
 quibus motus voluit nos nec opidantes & imparatos aggredi. itaque ro- inset,  
 gat

# VITA IOSEPHI

gat me per nuncium, ut sibi salutandi me potestatem facerem, quo imperato, quandoquidem non præsenseram insidias, assumpta latronum cohorte iter fecit propere. Non tamen ei successit tentatum facinus, cù enim iam non longe abesset, quidam ex eius cohorte transfuga conatum ipsius mihi indicat. quo audito processi in forum simulans me nihil scire de insidijs, sequente animotorum Galilæorum multitudine, & inter hos quibusdam Tiberiensibus, deinde dispositus qui seruarent vias, iussi portarum custodes, ut solum Iesum cum primis venientem intritterent, ceteros excluderent, & si vi tentarent irrumperet, plagi repellerent. quibus imperata facientibus intravit Iesus cum paucis: iussusq; à me arma confessim proiecere, nisi interfici mallet, videns se circum armatis patuit. cum qui eum sequebantur exclusi, vt decem suum caprum senserunt, euelligo fuga se protipiunt: & ego seorsum abduco. Quo Iesu dixi me non ignorare paratas mihi insidias, quibusve id factum sit autoribus: daturum tamen erroris veniam, si mutatus velit esse mihi fidus in posterum. quo omnia pollicente dimisi hominem, permisum quos prius habuerat colligere: Sephoritis vero pœnate intermixtus sum, nisi posthac quiescerent. Per idem tempus venerunt ad maiorum Trachonitarum magnates Regis subditi, adducentes suos equites, & afferentes tam anima quam pecuniam. hos cum Iudei circumcidic cogent, si velint inter iplos vertati, non sibi ut eis molesti escent: asseruerans apottere suo quenque arbitratu. Et non alicuo impulso. Dicunt colere: negetur multitudinem, vt eos securitatis causa configuisse ad nos pœnitiat: atq; ita perlunga multitudine, viris illis consuerum victum abunde præbui. Interea Rex Agrippa copias mittit duce Equo Modio, quæ Magdala castellum vi capiant: quæ tamen oblidere id non auctoritate infestis vijs infestabant potius Gamala. Ebutius autem Decadarchus qui venissim sicut in Galilæa finibus, distante ab ipso sexaginta stadijs, noctu allumptis quos circa se habebat centum equitibus, & ferme ducentis pedibus, Gabensiumq; auxilijs, nocturno minere in eum vicum peruenit. contra quem cum in eorum explicuisse validam aciem, conatus est nos in planiciem prolice, fretus equitibus, nihil habiturum, si cum esset omnes pedes descendenter in campestria, cumq; aliquandiu strenue repugnasset Ebutius, tandem animaduentis nullum esse eo loco vnum equitum, signo receptu dato Gabani abiit infecto negocio, tribus tantum in pugna amillis. ego vero uestigio secutus sum cum animotorum duabus millibus, cumq; venissim Belaram, quod oppidum in Ptolemaïdem situm confiniis statio virginismo abest à Gaba, vbi tum erat Ebutius: dispositis foris per vias stationibus Galilæam militum, quo tuti essetis ab incursu hostium, donec frumentum exterrit. Josephus in transmisit. portaremus, cuius magna vis è circumiacentis Reginæ Berenices vicis congesta fuerat: oneratisq; plurimus camelis & asinis quos in hoc adiuxerant, transmisisti frumentum id in Galilæam: abstulerisq; hoc negotio, feci Ebutio pugnandi copiam. eam cum ille detectaret audacia Josephi succedit Tiberiensium is cum equitum ala præficio erat Scythopoli. hoc igiturus, animo ab ulteriore Tiberiensiu vexatione prohibito, totus etiam in proposito fest iniquo. endorebus Galilææ. Ceterum Iohannes Leui filius, que diximus degere.

G. Schalisch,

Gischalle; postquam cognouit omnia mihi ex sententia succedere, animi  
q; me à iubditis, & tuneri ab hostibus, iniquo id tulit animo, ratusque  
non esse in suam rem meam felicitatem, non mediocri inuidia tactus  
est: speransq; se meos successus impediturum si subditorum in me con-  
citatet odia, solicitauit Tiberienses & Sephorites, ratus etiam Gabare-  
nos ad se defecturos, quæ ciuitates sunt in Galilæa præcipux. aiebat e-  
nim suo ductu longè melius administrâda omnia & Sephorientes qui-  
dem, quod vitroq; nostrū posthabito ad Romanos spectarent dominos,  
non afflenserunt homini. Tiberienses autem defectionem quidem re-  
cusabant, pollicebantur tamen illi quoq; amicitiam. Gabaren: autem Ioan-  
ni se addixerunt, autore Simonē cive primario, qui Ioannis erat ami-  
cus & socius. nec tamen aperitè ad eum defecerunt, quippe quicche-  
menter timabant Galilæos, iam ante experti eorum erga me beneuo-  
lentiam: sed ciam captabant occasionem insidijs. Et sane periculum ad-  
iui maximum de causa tali. Dabatitenni quidam audaces iuvenes cum Dabatitenni  
animaduertissent uxorem Ptolemai procuratoris Regij cum magno Ptolemai v-  
paratu deducentibus aliquot equitibus per Magnum campum ex ditio- xorem spo-  
ne Regia in Romanorum priuinciam iter facere, in eos repente invenerunt: liant.  
fugataq; muliere quicquid secum portabat diripiunt: quo facto Tari-  
cheas ubi tum eram, quatuor mulos adducunt onus vestimentis va-  
ziaque suppellectili: inter quam & vasa erant argentera non pauca, &  
quingenti nummi aurei. Hæc ego seruare volens Ptolemyo, ut eius-  
dem tribus homini, quod lex nostra ne inimicos quidem tribuies fra-  
ude permittat, dixi his qui attulerant oportere ea servari, ut diuendi-  
torum precium conferatur in Hierosolymitanæ vrbis moeniorum fa- Josephus Pto-  
bricam. id iuvenes illi permolestè tulerunt, non admissi in partem præ-  
dæ, vi sperauerant: quapropter sparsi per vicos Tiberiadis rumorem  
diffundinant, velle me Romanis eam regionem prodere. sinxisse e-  
niam prædam destiutam esse proximis Hierosolymis: re autem  
vera in hoc eam seruare, ut rapta domino suo restitvam. qua quidem in  
te nil eos fallebat opinio. post discellum enim iuuenium accitis duo-  
bus primatijs ciuibus, Dassione & Ianne Leui filio, Regi amicissimis,  
mandauit eis, ut raptam suppellectilem ad illum transmitterent, moe-  
tem interminatus si hoc secretum proferrent apud quenquam morta-  
lium. Sed cum Galilæos rumor perualisset, me velle Regionem eorum  
Romanis prodere, omnibus incitatis ad sumendum de me supplicium. Seditio ad-  
Taricheas quoque fidem habentes iuuenium commenticijs sermoni- uersus Iose-  
bus, suaserunt meis satellitibus & militib. reliquis, ut me dormientem phum.  
deserentes in circum venirent, cum ceteris ibi de abrogando mihi im-  
perio consultaturi. qui persuasi multos ibi iam ante congregatos inue-  
niunt, vnamiter vociferantes vindicandum esse in proditorem Rei-  
publicæ. Sed præcipue initigabantur à Iesu Saphiæ filio, qui cum sum-  
mum magistratum gerebat, vir malus, & natus iniquendis tumultibus,  
sedicio susque, ut qui maxime. Is tum præ se ferens Mosis tabulas in me-  
diuum progressus, si vestri, inquit, nulla cura tangimini, at sacratas has  
leges nolite contemnere, quas publico odio prosequendus Iosephus  
iste vesterdux sustinuit prodere, quantumvis atrociter paucus dignissimus.  
Hæc effatus & exceptus acclamacione populi, assumptis armatis ad z-  
des ubi diuersabar properat cum certo interficiendi me proposito, me  
tib; tumultus sentiente & quiescente interim prælaſitudine: cum

Gabaren: lo  
anni sece ad  
dicunt.

Iosephus Pto-  
lemyo spo-  
lia reddere  
conatur.

Grec text.  
ta sapida  
pæs.  
Iesus Saphiæ  
filii, insidiæ  
Iosepho  
fruit.

# VITA IOSEPHI

**Simon Satel** subito Simon unus satellitum, qui tum solus mecum permaneserat, vires, Iosephū incursum ciuium me excitat: indicatoque instantे periculo simul horre excitat.

tur, ut potius generosi ducis more vitam abruptam, quam iniunctio rum arbitrio moriar. Hæc illo monente, ego salutem meam Deo commis- fa mutataque ueste in cœtum atratus prodij, & suspensum à cervice ge-

stans gladium, per viam illam qua neminem aduersariorum occursu- rum sciebam in circum veniens visendum me præbui, in faciem pre- stratus & terram rigans lacrymis, ita ut omnes mouerem ad misericordiam. cumque sensisse mutantos affectus populi, conatus sum coru-

scientias scindere, prius quam armati reueterent a meis ædibus: sa- susque me non alienum ab obiecto criminis, postulabam, ut primum disserent, in quem vium seruarem relatum ad me prædam, actum de-

mum si liberet me interficerent. multitudine vero iubente me dicete, armati reuersi & me conspicati irruunt occidendi animo. sed cohibiti plebis vocibus, represerunt suum imperium, rati post confessionem

proditionis & seruatæ Regi pecunia habituros se meliorem occasio- nem parrandi tacitoris. Itaque facto silentio, Viri fratres inquam si

vobis videor mortem commeritus, nec ipse mori recuso: volo tamen ante exitium veritatem apud vos proloqui. Evidet cum animad- uertissem ciuitatem hanc comodissimam hospitibus, multosque re-

futuros socios, decrueram moenia vobis condere ex istis pecunia, propter quas ad hoc destinatas exorta est rata vestra indignatio. ad hæc verba Tarichenses & hospites conclamant, gratias mihi agentes & iu- bentes me bono esse animo. Galilai vero atque Tiberien ses perfa-

bant in iracundia. factumque est inter ipsos dissidium, his minantibus poenam, illis contra securum me esse iubentibus. postquam autem & Tiberienibus promisi me ædificaturum moenia & alijs opportunitis ci-

uitatibus, fidem habentes pollicitis dilabebantur ad suum quisque domi- ciliū: & ego præter omnem spem elapsus è tanto periculo, cum ar- matis & viginti armatis domum reuersus sum. Sed denuò laudes & seditionis autores, timentes sibi ne peccati poenam loquent, cum

sexcentis armatis concurrunt ad meum ducorum incendendi illud animo. quorum aduentu nunciato ratus turpe fugere, decrui ut contra eos audacia clavis igit meo iussu ædium foribus, ipse è coenac- lo postulabam, ut ad me aliquot mitterent, accepturos ob quam to-

multabantur pecuniam, ne quid habeant quod stomachentur am- plius. quo facto turbulentissimum ex his qui intrò recepti sunt, verbe- rem, rursum cicci, redditum ad eos qui se miserant. at illi miram in-

modum sunt territi: timentesque similem poenam si ibi morarentur diutius, quippe qui putabant me plures domi habere armatos, subi- te omnes diffugiunt: sicque hoc stratagema alteras evanidis, Ne etiam defuerunt, qui rursum concitarent vulgum, negantes ma- gnates illos Regios, qui ad me confugerant opere vivere, nisi trans- irent ad eorum ritus, à quibus salutem peterent: criminabanturque eos, ut Romani orum studiosos & veneficos: moxque tumultuabantur quidam decepti a legionib[us] et granam. Quo comperto ego con- tra docu populum, non enim exigitandes qui ad ipsos confugerint: ca- uillatus in vanitatem obiecti veneficij, frusta Romanos tot legiones alere,

**Iosephus po-  
pulu ad mi-  
fericordiam  
mouet.**

**Iosephi ora-  
tio & cōfes-  
sio corā ad-  
versarijs.**

**Iosephus in-  
fidias eu-  
dit.**

**Iosephus in  
alio pericu-  
lo versatur.**

**Iosephi stra-  
tagema.**

**Alia vulgi  
seditio.**

Nere, si beneficorum opera possint victoriam consequi. His verbis  
Pauli per placati, ubi digressi sunt rursus in magnates illos irritaban-  
tur a quibusdam perditis, ut etiam armisti ad eorum ades, quas Tar-  
icheas habitabant concrederent, interfecti homines. quod ut audiui,  
valde timui ne hoc feceret patrato nemo post hac ad nos confugeret.  
Quimobrem a sumbris quibusdam alijs propere veni ad eorum duer- Josephus Ra-  
forium quo clauso, & perdusta inde fossa ad lacum, secutum nauigium gios clam di-  
tum eis in scandens, traxi in Hippenorum confinium & redditio eis emittit.  
Quorum prelio, quos in tali fuga abducere non poterant, dimisi mul-  
tum rogatos, ut presentem necessitatem forti serreat animo: nam &  
ipse permoleste feriebam, cogi me tursum in hostilem terram expone-  
re viros, qui semel se mea fiduci commiserant: satis tamen dicens Ro-  
manorum manus, si ira contingat, cadere, quam in mea ditione per  
seculis opprimi. Illi tamen seruati sunt, Rege concedente errati ve-  
niare. Et horum quidem hic fuit exitus. Tiberienses porro per li-  
teras Regem rogauerunt, ut in eorum agruam praesidium mittaret, de- Tiberiensis  
fessionem pollicentes. Quo facto quam primum ad eos veni, postu- ad Agrippa  
labant, ut moenia sibi promissa exstruerem. auduerant enim Tar- literz.  
icheas iam cinctas moenibus. ego vero annui, & congesta vnde ma-  
teria iussi architectos opus id aggredi. Post triuum vero me à Tiberia- Septem. vel  
de digresso Taricheas triginta stadijs inde distas, forte fortuna con- octo Stadij  
spectus est Romanorum equitatus non longè à Tiberiade iter faciens, ferè milia  
quos oppidanii rati esse Regios, mox in Regem honorificas voces, in Germannicū  
me consumetiosas laetare ausi sunt: moxque cursua quidam veniens  
renunciat illorum motum ad defensionem spectantium: id quod me constituar,  
valde perterrituit, quod instante tum Sabbato armatos à Taricheis do- Seditio &  
mum dimiseram, quo quietius Taricheate sine militati turba feria- defectio Ti-  
rentur: & alioquin quoties eo loco degenerem ne satellito quidem vte-  
bar, fretus probata lèspe incolarum benevolentia. itaque cum septem  
tantum milites & aliquot amicos circa me habere, acceps etiam con-  
silio. nam revocate copias sub yesperam non placebat, quibus postera  
die neque necessaria arma tractare permittebatur nostris legibus. quod Josephus p-  
si Taricheas eorumque hospites praedix spe in uitatos illo ducearem, pte Tibe-  
videbam in eis non esse satis virium. & res dilationem non patiebatur, rienses peti-  
quod timerem ne à Rege missi occupata urbe me excluderet. quapro- culis exposi-  
cer decreui ut stratagema. Equestrio amicoruia fidissimos Tarichea- tus.  
tarum portis apposui, neminem permissuros egredi: conuocatisque fa-  
miliarum primatibus, singulos iussi nauem in lacum deducere, eaque  
cum gubernatore insensu me sequi. Tum & ipse cum amicis & septem  
illis milibus consenso nauigio petebam Tiberiada. At Tiberienses, Josephus cō-  
vt cognouerunt nullas à Rege venire copias, lacum vero totum refec- scensu nau-  
tum nauibus, attoniti & civitati suæ timentes, ac si naues militem ve- gio Tiberia-  
berent, mutauerunt priorem sententiam. itaque positis armis obuiam da perit.  
mihi cum uxoribus & liberis prodeunt, excipientes me faultis accla-  
mationibus, quod putarent me non sensisse ipsorum propositum, ro-  
gantesque, ut propitius in eorum urbem adueniam. ego autem proprius  
accedens iussi gubernatores longè à terra ancoras iacere, ne appareret  
oppidanis nauigia esse inania: ipse nauis una adiectus proximi, cum  
eis expostulabam quod tam stulte ad violandum fidem mihi datam es-  
sent facile: deinde policebar certam veniā, si decem primates ad me  
mitterent;

## VITA IOSEPHI

mitterent: quo sine mora facto, in nauem impositos misi Taricheas in custodiam, atq; hac arte alios post alios accipiendo paulatim vniuersum senatum & parem ex primoribus populi numerum illo transuexi. Tum reliqua multitudo, vt vidit in quanto esset periculo, rogabat, vt tumultus autem suplicio traderem. is Clitus dicebat ut, audax & temerarius

**Cirrus Tibe-** iuuenis. ego qui nefas ducebam virum tribulem interficere, & tamen  
**riade seditio** necesse habebam poenam de eo sumere, Leuiam vnum è satellitib; a  
**nis autor.** iussi, vt accedens ei manum alteram praecideret: qui cum non auderet solos in tantam multitudinem progredi, ne timiditas eius sentiretur à Tiberiensibus vocato Clito, quoniam inquam meritus es ambas manus amittere homo in metu ingratius & perfidus, esto nunc tibi ipse carifex, ne tibi cunctanti grauius inferatur supplicium. cumq; multis precibus alteram manum sibi donati peteret, agè annui. moxq; libenter, ne amibus multo staretur, atrepto cultro sunistram sibi praecidit. atque hoc modo is tumultus est compositus. Me deinde reuerso Taricheas, Tiberienses, vt cognouerunt stratagema quo vsus sum, mirabantur quod absq; excede sedauissim iporum vesaniam. ego aut accitis è custodia Tiberiensibus, & in his Iusto patreq; eius Pisto, adhibui eos conuicio: & inter epulandū dixi tne non ignorare Romanos potentia mot. tales omnes praecilere, dissimilares tamen propter latronum multitudinem: suadebamq;, vt & ipsi idem ficerent expectantes meliora tem. pōta, neq; interim grauitam ferrent meum imperium, quandoquidem nō daretur alius dux comanditor. Iustum etiam adinonebā, quod ante quam ego Hierosolymis venisse, Galizi fratri eius manus amputaverint, obiectis fictitijs literis, & falsi crimine: quodq; post Philippi discessum Gamalitā Babylonij dissidentes Charetēm occidetint ipsius Philippi consanguineum: & quod Iesuini eius fratrem, ipsius Iusti sorori, iussi ināne Iustū cum suis abire liberos. Paulo aut ante Philippus lacimi filius à Gamala talem ob causam abierat. Quamprimum didicit Vatum à Rege Agrippa defecisse, successoremq; ei missum Modium Equum vi. rum libi amicum, de suo statu significavit ei per literas: quibus ille receperit perlibenter cognovit Philippum esse incolunem: easq; literas ad Regem ac Reginam misit tum agentes apud Berytum. Tum Rex, vt intellexit falsum fuisse rumorem quod Philippus ducem de se Iudeis contra Romanos præbuerit, misit equites, qui cum ad se deduceret: venientremq; complexus comiter, ostentabat hominem Romanis ducibus, hunc esse dicens quē fama defecisse à Romanis vulgauerat: moxq; iubet eum assumpta manu equitum properare in castellum \* Gomala, & abductis inde domesticis Babylonios in Batanēam restituere: dateq; operam modis omnibus ne quid noui moliantur subditi. His mandatis à Rege acceptis Philippus ad exsequendum ea properat. Iosephus autem quidam in dieaster adscitis iuuenium audacissimis, & concitatis Gamaliensium primatibus, suasit populo, vt à Rege deficerent, armis que arreptis vindicarent se in libertatem pristinam: arque ita alios pertraxerunt in suam sententiam, casis qui auderent contra hiscere, in his perire & Chares Iesuīc huius consanguineus, & fotor Iusti Tiberiensis, sicut supra diximus. Post hæc me rogarunt per literas, vt præsidium ad se mittērem, & simul qui oppidū corum cingantur mānibus: ego vero utrunque anni. per eosdem dies Gaulanitis quoq; regis

**Clitus fini-**  
scā sibi pra-  
cedit.

**Iosephus Ti-**  
beriensis ex  
custodia di-  
mittit.

**Philippus, la-**  
cimi filius.

**Comitas &**  
benignitas  
Agrippa et.  
ga Philippū.

\* Hedio, Ga-  
dara.

**Seditionem**  
in Gamala  
**Iosephus co-**  
**citat.**

Regio ab Agrippa deficit usque ad vicum Solymam. Soganni etiam & Selucia locis natura munitis addidi mœnia. Superioris etiam Galilæa vicos quamvis prærupto seu muniū similiter, iamnam Aemulham, Charaben. In Galilæa vero permuniū oppida Tarichæs, Tiberiada, Sephorim: vicos, Abelorum speluncam, Bersöbe, Selamen, Iotapata, Capharath, Coosogana, Nepapha, & montem Itabyrium. in ea loca & frumenti magnam vim condidi, & arma quibus se tuerentur contuli. Interim Ioannes Leui filius iudicis maioris me prosequebatur odio, meos successus ferens graviter. cumque decreuisset omnino me de medio tollere, postquam Gischala patriam cinxit mœnibus, Simonem suum fratrem cum centū militibus invicit Hierosolyma ad Siloam. Ioannes Iohannem Gamalielis filium, rogans, ut cum Hierosolymitanæ ciuitate age. Sepho impetrat, ut mihi abrogato imperio, rebus Galilæa Ioannem ipsum sufficiario abrogatio communi proficerent. hic Simon Hierosolymitanus erat illuſtri Galilæe pater cum primis genere, Phatirus secta, quæ quidem videretur exactius esse cupit. nere leges patrias: insigni vir prudentia, & qui labentes res pollet conseruare. Simonis ad filio suo in integrum restituere: vtebaturq; iampridem Ioannis amici versus Iosephus, mihi infensus tunc temporis. Motus igitur amici precibus suos fit phutus continet Pontificibus Anano & Iesu Gamaliæ filio, aliisque fux factionis hominibus, vt me crescentem tollerent, nec patarentur ad summum glorie fastigium euadere. id enim fore ipsis quoque conducibile, si amoueret à prefectura Galilæa. Sed non esse cunctandum Anano & ceteris, ne hoc consilio prodito vibem iuadam cum exercitu. Hæc consulenti Ananus pontifex retulit non esse id facile, cum tam multi Pontifices & primores populi testes sint mihi bene administratæ prouinciæ: nec etiam quum esse accusare eum cui nihil possis obijceret. Tum Simon iubet illos totam rem silentio tegere: sibi cuius futurum, ut quam primum à Galilæa submouear: accitoque fratre Ioannis, mandauit ei ut munera ad Ananii amicos rigiteret: ita enim forte citius concessuros in suam sententiam. Sic tandem Simon effecit quod voluit. Ananus enim & socij corrupti largitionibus, confilia de abroganda mihi prefectura conferrunt, & cibis nemine alio conscio, itaque placuit mittere vitos præfectus contra loquaciores generis, eruditione parcs. horum plebeij erant duo, Ionathas sephû consilior & Ananias Pharissi: tertius vero Lazarus sacerdos talis genitilis, Pharsi. Iuuus. Iesus hic quoque. Simon vero ex ordine Pontificum, omnium natum minimus, hos iusserunt aduocata Galilæorum concione querere cur ita me diligent. quod si respondesur quia Hierosolymita sim: dicere sibi quoque Hierosolyma esse patriam. Sin autem perifam legum in me probent, dicendum nec sibi ignotos esse ritus patrios. quod si sacerdotij nomine me diligi dixerint, referendum ex ipsis quoque duos fungi sacerdotio. ita instructi collegæ Ionathæ argenteorum quadraginta millia ex exercito accipiunt. Et quia per idem tempus Iesus quidam Galilæus cum sexcentorum militum cohorte Hierosolyma venerat; accecum hunc numerato trium mensium stipendio conducunt, inservienti Ionatham & collegas, imperataque eorum facere: eisque adiungunt trecentos ciues mercede autoratos similiter. His ita paratis legati cum militibus ad Iosephum mandatum habentes ab his qui se miserant, ut si sponte ab armis discederem, viuum me Hierosolyma mitterent: si repugnaret, freti mandatoq; impunè interficerent. eisdem etiam literæ ad Iordanem datus

## VITA IOSEPHI

sunt, hortantes ut sic paratus bellum contra me gerere. quin & Se-  
 phoritis, Gabaritis atque Tiberiensibus autores fuerunt, vi Ioanni  
 contra me ferrent auxilia. Hæc cum pater meus ex Iesu Gamaliæ &  
 ho consiliorum omnium participe mibiique amico cognita ad me per-  
 scripsisset, male me habuit ingratitudo ciuium per inuidiam occi-  
 tis precibus, dicentis cupere se meum contyctum ante obitum, qua-  
 propter amicis aperui omnia, addens post triduum relata præfectura a-  
 biturum me in patriam. quo audito morti omnes & flentes depreca-  
 bantur ne se deseram periculos si destinabantur meo imperio. cuiusq; a-  
 pud me propterea salutis quam precum illarum potior haberetur ratio,  
 veriti Galilæi ne ob meum discessum contemnerentur à latronibus, di-  
 missis nuncis per totam regionem suam indicant me veille discedere,  
 quo audito multi vnde conuenerunt cum uxoribus & liberis non  
 iam mei desiderio ut opinor, quam metuentes sibimet. me enim pre-  
 sente in ruto sibi esse videbantur. Venerunt igitur ad me populariter la-  
 re mirabile somnium noctu mihi obuersatum est. cum enim in cubili  
 quidam adstans dicere: Desine o bone triplati & moruere. nam haec ul-  
 liciter non haec solum, sed & multa alia. quare perdura melior quod a-  
 portear te & cum Romanis bellum gerere. Post hoc somnium surrexit  
 volens in campum delendere. tum vero me conspecto et alii modo Ga-  
 liorum mixta mulieribus & pueris prostrata in faciem cum lachry-  
 mis supplicabat ne le imminente hoste deseram, neque medio discessu  
 regionem suam prodam inimicorum iniuriis. & cum precibus nihil a-  
 getent, adiurabant me ut maneam, iactantes multa conuicia in Hiero-  
 polymitanum populum qui se in pace nō sinerent. Hæc audiens & videns  
 plebis morticiam flexus sum misericordia, non indignum ratas pro-  
 tanta multitudine vel apertum sustinere periculum, itaque transiuntem  
 me annui, & iussis adesse ex omni eo numero quinque milibus cum  
 armis ac coornicatis, ceteros dimisi in tuam quenque patrem. cum  
 que præstò essent illa quinque milia, assumptis his & tribus milibus  
 milicium quos ante habueram, & octuaginta equitibus, iter feci in vi-  
 portas cepias, quasi gesturus bellum contra Placidum. venetatis cum  
 assibus cohortibus & turma equitum, missus à Cestio Gallo ut incen-  
 vallo cinxisset non longè à Ptolemaensium moenibus, ego quoque ca-  
 stra metatus sum procul à Chabalone sexaginta stadiis. quapropter  
 pè inilicem utrinque produximus quasi confituti prælio, sed conatus  
 quoniam intra velitationes constitit. quippe Placidus quanto audiore  
 pugnandi me cerneret, tanto magis ipse metu detrectabat præliuere  
 nulquam secedens à Ptolemaide. Per idem tempus veniens cum colle-  
 gis Ionathas, quem missum Hierosolymis diximus à factione Simonis  
 & Anani Pontificis, conabatur me per insidias capere, non ausus aper-  
 te aggredi: scripsique ad me literas huiusmodi. Ionathas & collegæ  
 letum est ciuias primatibus, Ioannem Gschalensem sapè tibi  
 tetendisse.

**Josepho pa-**  
**tens rem to-**  
**tam signifi-**  
**catur.**

**Josephus ex**  
**Galilæa dis-**  
**cedere cogi-**  
**tatur.**

**Josephiso-**  
**gnitum mi-**  
**rabile.**

**Galilæorū**  
**anultudo**  
**Iosephum,**  
**ne se dese-**zat, petat.****

**Josephus in**  
**Galilæamā-**  
**surus, an-**  
**guit.**

**Placidus cō-**  
**tra Iosephū.**

**Ionathas Iosepho scri-**  
**bit.**

tecendisse insidias, miserunt nos ut obiurgaremus hominem, iubemusq; in postofum imperata tua facere. quare ut de tuo quoque consilio prouideamus in futurum quid agendum sit, rogamus quamprimum ad nos non magno comitatu venias: neq; enim vicus hic capit turbam militum. Hac ita scripserunt alterutrum sperantes, aut habituros se ventientem sine armis obnoxium: aut si copias armatas ducetem, iudicatores persualem patr ix. has literas quidam eques attulit, iuuenis audeax, qui olim Regi militauerat. erat autem hora noctis iam secunda, & forte cum am cis Galilæorumque optimatibus discumbebam in conuiuio. cumque famulus renunciasset venisse ad me quendam iudicium e-  
 Quitem, meo iussu intro vocatus salutauit nomen. tantum epistola prolatâ, hanc, inquit, tibi mittunt qui nunc venerunt Hierosolymis. & alij quidem coniuix mirabantur frontem militis: ego vero hortatus sum cum sedere & nobiscum coenam sumere. quod vbi recusauit, epistolam ita ut acceperam manu retinens, cum amicis fabulabar de rebus aliis: ac paulo post surgens ablegatis aliis cubitum, retentisque solum Quatuor amicis intimis, & pueri iusso vinum promere, apertam episto-  
 lam percurri vidente nemine: & celeriter animaduerso arguento de-  
 huò complicatam tenet manibus acu nondum legisset, iussi militi viginti drachmas numerari in viaticu. quibus acceptis cum egisset gra-  
 tias, intelligens hominem lucri esse cupidum, & hoc facilè expugnabi-  
 lem: Si inquam nobiscum potare volueris, accipies drachmam in sa-  
 guloso cyathos. accepit ille conditionem, & multum vinum ingurgitans  
 quò plus moreret pecunia, iamq; ebrias secreta continere non potuit:  
 sed nemine rogate ultro fassus est struntas mihi insidias, & quòd dampna-  
 tus essem capitis. Quibus auditis rescripsi ad hunc modum. Iosephus Io-  
 nathæ & eius collegis salutem. Quòd valetis quodq; in Galilæam veni-  
 stis gaudeo, maximè quis iam possum traditis vobis rerum gubernacu-  
 lis reuerti in patriam. cuius reuendæ iam pridem desiderio tenet.  
 quamobrem libenter ad vos non solum in Xalio venirem, sed longius  
 etiam, vel si nemo me accerseret. Veniam tamen dabitis non valenti  
 nunc id facere. apud Chabolonem enim manendum est, & obseruandus  
 Placidus, ne quod constur, irrumpat in Galilæam. præstat igitur ut ipsi  
 vos hue conferaris ad me lecta hac epistola. Valete. His literis datis ad  
 perferendum militi, misi cum eo triginta Galilæorum nobilissimos,  
 iussos salutare tantum homines illos, & nihil dicere præterea. additis  
 etiam singulis militibus fidis in singulos, qui obseruarent ne missi à me  
 aliquod haberent cum Ionatha colloquium. Post horum discessum le-  
 gati frustati prima experientia, aliam epistolam mihi scripserunt ta-  
 lem. Ionathas cæterique legati Iosepho salutem. Denunciamus tibi ut Ionathan  
 absque militibus ad tertium diem venias ad nos in oppidum Gabara, mandata.  
 cognituros de Iuanni objectis per te criminibus. His scriptis & confalu-  
 tatis Galilæis quos miseram veniunt in Iapham vicum Galilææ maxi-  
 mum & munitissimum referruntq; habitatoribus: vbi excepti sunt cla-  
 moribus plebis vociferantis vñā cum mulieribus ac pueris, abiorent, & stola.  
 Iosephi se frui duce optimo: eademque erat vox omnium, nullius nisi Hierosoly-  
 mitani lega-  
 gocio Sephorim se conferunt urbem Galilææ maximam: cuius incolæti in Galilæa  
 studiosi Romanorum venientibus quidem prodierunt obuiam: de me haud acce-  
 sute in nihil dixerunt, nec in laudem nec in vituperium. at postquam pti.

## VITA IOSEPHI

inde descendenter in Asochim, qualibus apud Iaphenos, excepti sunt clamoribus: nec iam cohibentes iracundiam, iubent sua milites, vt fuitibus acclamatores illos abigant. Gabara autem venientibus praesertim loanes cum tribus militum millibus. At ego qui iam ex literis praesenscam quod bellum mihi inferre decreuerint, assumptis tribus milibus militum, reliquoque in castris quodam amico fidissimo, recepi me in Iotapata, vt vicinas eis essem ad quadragesimum stadium: scripsique eis in hunc modum. Si omnino vultis vt ad vos veniam, quadringebus quatuor in Galilæa sunt, vici partim, partim oppida ad horum quemlibet veniam absque Gabaris & Gischalis. altera enim patria est Ioannis, altera socia & amica ciuitas. His literis receptis legati non rescriperunt amplius, sed aduocato amicorum concilio, & Ioanne quoque adhibito, consultabant quomodo me possent aggredi. censebat Ioannes scribendum esse ad singulos Galilæa vicos & oppida: esse enim in singulis vnius feltem & alterum mihi infensum: eos prouocandos quasi contra hostem publicum. idem decretum mittendum Hierosolyma, vt & eius urbis ciues cognito iudicatum me esse hostem à Galilæis, confitimus eam sententiam suo iusfragio. ita fore vt praesenti Galileorum sauroe destituar. hoc consilium assentiu cicerorum comprobatum est: moxq; circa horam noctis tertiam ad me eit perlatum, renunciantie Sacchizo transfuga, Quamobrem videns non esse cunctandi tempus, Iacobum virum fidem ac strenuum iubeo cum ducentis militibus obseruare vias ferentes à Gabris in Galilæam, & viatores comprehensos ad me mittentes. amicorum meorum numero cum sexcentis militibus mihi in fines Galilæe qua itus Hierosolyma, iussum latores epistolarum intercipere, & mandatis, edixi per nuncios Galilæis vt in castinum cum armis & viis scilicet. Josephus cū dierum cibariis ad Gabara mihi praestò sunt. eis vero quos circa me habebam militibus in quatuor partes diuiliis fidissimos satellitū praefecos Gabara pro- constitui, iustos neminem ignotum militem inter suos admittere. Po- scilicet. stera vero die circa horam quintam veniens Gabara, inuenio ante op- pidum totum campum plenū armatis quos è Galilæa exciueram in au- xilium, & præter hos magnam rusticapi vulgi multitudinem, in quorum cœtu postquam cōcionatus consti, omnes acclamabant benefactorem appellantes me & seruarem suæ patræ. tum ego actis pro sauro gratiis, suali eis vt infestarent reminem, contentique commicatu pro- prio e caltris ad ditipiendas villas non excurrent. velle enim me o- die custodes viarum disposui, tabellarij Ionathæ in eos incidenter, qui bus ita vt iussoram detentis in custodia, postquam perlegi literas lega- torum plenas conuiciis & mendaciis, silentio dissimulans ire ad eos de- cœui. at illi audito meo aduentu, cum omnibus suis & Ioanne recepe- runt se in Iesu domicilium: id erat curris magna, & nihil ab arce diffe- rent. ibi abdita cohorte militum, & clausis absq; una ianuis, exspectabat me ad salutandum se venturum ex itinere: iussis prius militibus vt re- nientem me solum intromitterent exclusis careris. sic enim putabant me facile posse in suam potestatem redigi: sed fetellit eos opinio, offa- ciens enim insidias quam primum eò perueni, ingressus è regione eorum diuersoriū, dormirec me faxi. legati vero credentes me vere spon- tina

non quiescebat, descendente in campum solicitabat multitadinem,  
 ut me male ducis officio fungentem defererent: sed contra quam spe-  
 tabant accidit ad primum enim eorum conspectum exortus est clamor  
 Galilaeorum, testantium qua me pro metitis completerentur benevo-  
 lentia: incurabantque legatos quod nulla facessit iniuria venissent ad  
 turbandam tranquillitatem publicam, abire iubentes, eo quod non ad- Iosephus in-  
 missi essent praefectum alium. his mihi renunciatis non dubitauit in medium ho-  
 mogenum progredi. itaque propere descendit auditus quid legati affe- stium pro-  
 ranc. ibi procedenti mihi applausum est certatum ab omnibus, & accla- greditur.  
 matum ad agentibus gratias pro rebus administratis optimas. his audi-  
 tis sonatas & ceteri extimuerunt ne salutis periculum adiret incursu-  
 tant opere fauentis mihi populi, cogitantque; aufugere. sed quia non e- Iosephus le-  
 tar id ei liberum, me postulante ut maneat, stabant mox vix rationis  
 compotes. Igitur cohibitis turbæ acclamationibus, & sublimis milicū  
 ad vias seruandas appollitis, ne nos inopinos Ioannes inuderet, iussisq;  
 in armis esse omnibus, ne quis repentinus hostium incetus terrorem  
 eis incureret. primum literarum mentionem feci, quibus ad me scrip- Iosephus le-  
 rent, missos se à Hierosolymitanorum civitate, ad finiendas inter me & gatis insi-  
 Ioannem controuerrias, meq; ad comparendum euocauerant: moxque dias expro-  
 ne inficiari possent, protuli ipsam epistolam. atqui, inquit, si contra Io- brat.  
 nis criminationes apud te Ionatha tuosq; collegas reddenda esset mihi  
 vita ratio, adductis pro me duobus iubusue probis viris testibus, necel- In duorum  
 se sufficit approbatis testibus & examinatis testimonij absolui me ve- aut trium o-  
 fera sententia. nunc vero ut scitis bene a me administratas res Galilæa, ne consistit  
 nolo tres testes probitatis adducere, sed hos omnes vobis exhibeo. ab  
 his rationem vitæ meæ potcite, an cum omni honestate & iustitia cis  
 praefuerim. Vosq; viri Galilæi adiuro ne veritatem celetis, sed corā his  
 tanquam iudicibus proferatis si quid a me peccatum est. nondum hæc  
 verba finieram cum una omnium vox exoritur, benefactorem me suū  
 & seuatorem appellantium: anteacta q; omnia suo testimonio proban- Testimoniu-  
 tum, & vt in posterum mei similis esse pergerem rogantium. affirma- Galilæorum  
 bant etiam iurando omnes saluam esse per me vxorū suarum pu- de Iosepho.  
 dicitionis, & nullam sibi unquam a me illatam molestiam. Post hæc duas  
 Ionathæ epistolas à custodibus meis interceptas & ad me delatas, audi- Iosephus Io-  
 entibus multis Galilæis legi maledictis refertissimas, meq; falso insmu- na thæ cpi-  
 lantes quod tyrannum verius quam ducem agrem. multaq; alia conti- stolas plegit  
 nentes per summam facta impudentiam. has literas dicebam mihi vltro  
 oblatas à tabellariis, nolens aduersarios scire de custodijs, ne absterre-  
 rentur à mittendis posthac literis. at concio commota in Ionatham at- Ira & furor  
 que collegas quasi imperfectura irruit, & patrum fuisset facios, nisi Galilæorum  
 furentes a me fuiscent cohibiti. legatis vero pollicitus sum errati venia, in Ionathæ  
 si resipiscerent, & in patriam reuersi vero de administratione mea re- & collegas.  
 ferrent. his dictis eos dimisi quamvis scirem non facturos pollicita. po-  
 pulus autem efferebatur in eos, rogans ut poenas sumere de illis sinc-  
 tem. itaq; omnibus mihi videntur fuit artibus quod eos eriperem, quod Iosephus fe-  
 scirem omniparationem perniciosa esse Republicæ. multitudo ditione abs-  
 porro perstabat in iracundia, unoq; impetu omnes ruebant ad Ionathæ sanguine ef-  
 diuensorum. ego vero videns eos non posse retineri amplius, conseco fulo com-  
 equo edixi, vt sequerentur me ad Sagonam vicum Arabum, distantem pescit.  
 inde viginti stadijs. atque hoc stratagemate cui ne videret ciuilis bellum

# VITA IOSEPHI

- Ioseph⁹** 100. fecisse principium. postquam autem venturi est prope Soganam, iung  
**legatos Hie-** agmen siste: monitilq; ne essent ad iniquam iram tam præcipites, cē-  
**sopholyma** tuum & rate ac dignitate præstantes deligo, qui se parent profectum Hie-  
**mittit.** sopholyma, & accusaturi apud eum populum autores seditionum & tur-  
batores sux Reipub. Mandavi præterea, vt si possent populum oratione  
fua flectere, impetrarent publicas literas, quibus mihi confirmaretur  
præfectura Galilææ. & Ioannes iuberetur inde discedere. Cum his manu-  
datis celeriter expeditos tertia die post concionem dñi, additis qui  
eos deducerent quingentis militibus. Sammariam quoq; amicis scripsi,  
darent operam vt legati per eorum agrum iter ruto faciant: iam enim  
ea vrbs Romanis erat subdita: & illae necessariò fuit eundum properan-  
tibus & sequentibus v. acrum compendia: vt certa die peruenirent Hie-  
sopholyma. quin & ipse eos deduxi vsq; Galilææ continia, appositis per  
vias custodibus, vt non facile cuius discessum legatorum cognosceret.  
**Legati Tibe-** quo facto aliquantisper apud Iapha moratus sum. Ionathas autē & col-  
*riadē in suā* legæ suo conatu frustrati remiserunt Ioannem & Gischala: ipsi deinde  
potestatē re profecti sunt Tiberiadē, sperantes eam in suam potestatē vēturam,  
digere co- quandoquidem Iesus eunc magistratum ibi gerens per literas erat pol-  
mantur. licitus, persuasurum se populo vt ad eos deficiat. illi igitur cum haec spe  
littera ingressi sunt, mihi autem rem totam Sila per nunciū significat, re-  
nitu reuersus preperè, in salutis discrimen talem ob causam incidi. Io-  
nathas & socij Tiberiadē multos aduersæ mihi factionis ciuium ad de-  
fectionis cōsilia pertaxerant: quare aduentu meo territi, confessio ad  
me venerunt: ac primum mactum animi dicentes, gratulabantur mihi  
præsentem honorem partum ex optima administrat. one Galilææ: eam  
enim gloriam in se quoq; redundare, quorum & ciuis essem & discipu-  
lus. deinde meam quam Ioannis amicitiam te malite professi, iubebant  
vt me domum conferrem, promittentes effecturos se mox vt illie in ma-  
nus meas perueniat: atque hæc religiosissimo apud nos sacramento  
confinarunt, cui nefas purarem non crede. post hæc rogauerunt  
vt alio secederem, quod instaret sabbatum. no le enim se aliquid tu-  
multus excitare in Tiberiensum populo. tum ego nihil suspicatus iu-  
Taricheas, relictis nihilominus in ciuitate qui curiose obseruarent  
sermones de me hominum. per totam etiam viam ferentem à Tari-  
cheis Tiberiadē certos dispolui, qui à relictis in ciuitate, cognita &  
quali per manus tradita, ad me deferrent. Sequenti igitur die populus  
conuenit in Proseucham quam vocant, precationis domum ampliam  
& capacem tantæ multitudinis: quò postquam venit & Ionathas,  
non ausus aperte defectionis mentionem facere, dixit opus habere ci-  
uitatem præfectis melioribus. At Iesus summus magistratus nihil diffi-  
culans, præstat, inquit, o ciues obedire nos quatuor viris quam vni,  
præsentim illustri ortis genere, & prudētiz nomine celebribus, simul o-  
stendens cum suis collegis Ionatham. hæc verba Iustus collaudans per-  
Judeorū bo- traxit ciuium quosdam in suam sententiam: Plebs autem non affen-  
ra sexta no- tiebat horum orationibus, & dubio procul exorta fuisset sedatio, nisi  
bis est unde- concionem soluisse sexta hora superueniens, quæ nostros ad præ-  
ciuia vel dium vocare solet sabbatis. ita legati consultatione dilata in diem po-  
duodecima sterum, abiuerunt infecto negocio. quibus confessim mihi renunciatis,  
meridiei. decrevi manè venire Tiberiadē: cumq; illaxisset diei sequentis initium  
& Tari-

à Taricheis cù veniens offendì congregatum iam in Proseucha popu- Ionathz 32  
 lum, nondum taris scientem ad quid conuenierit. Tum legati præter ex- collegatum  
 Peccationem me viso valde sunt territi. Tandem in mentem eis venit astus.  
 tumorem spargere, vilos esse Romanorum equites in finibus eius agri  
 ad locum qui Homouga dicitur : quod data opera crebrescente, ijdem  
 ipsi autores eius vociferabantur, non permittendos hostes ita impunè  
 populari agrum in conspectu omnium, quod ideo faciebant, ut inedi-  
 gresso ad tenuis colonis suppicias, ipsi interim urbem occuparent a  
 lenatis à me animis ciuitum. at ego licet scirem ipsorum propositum, fe-  
 ci tamen quod voluerunt, ne viderer contemnere Tiberiensium peri-  
 cula, progressus igitur ad dictum locum postquam ne vestigium quidē  
 vidi hostium, reuersus itinere properato offendì conuenisse vñ senatū  
 sive & populum, & legatos apud concionem prolixa accusatione in  
 me inachui, quod neglecta belli cuca proprijs tantum indulgerem volu- Accusatio &  
 ptatibus. His dictis proferebant quatuor epistolæ, quasi scriptas ad se à epistolæ fal-  
 Galilæi extemos eis regionis fines tuerentibus, & implorantibus suum se legatorū  
 auxilium. His auditis Tiberiense creduli clamare cœperunt non desi- contra Iose-  
 dendum esse ulterius, sed ferendam opem tribulibus in tanto periculo. phum.  
 ego contrà legatorum fucum intelligens, aio me sine mora iturum quò  
 belli vocet necessitas : sed quia è diuersis quatuor locis litteræ venerint, Iosephus le-  
 Romanorum incursiones nunciantes, oportere in totidein partes diui- gatorū fucū  
 sis copijs, singulos legatorum præfici singulis. decere enim viros forces. Intelligit.  
 non consilio Iolum rem laborantem iuuare, sed ductu etiam suo & au-  
 xilio, me enīm non posse nisi vnam exercitus partem ducere. Placuerūt  
 hæc multitudini, moxq; cogebat & ipso exite ad obeunda ducum mu-  
 nia. at illi vehementer animo turbati sunt, conatu suo frustrato per ma-  
 elinations à me oppositas. Ibi virus eorum Ananias nomine, vir malus Ananias vñ  
 & maleficus, suadet indici publicum iejunium in diem posterum, vtq; ex legatis,  
 ad eandem horam omnes in eundem locum incermes cōueniant, nimi vir malus &  
 cum agnoscentes sine dubia ope nihil agi auriis hominum. hæc autem maleficus.  
 nō pietatis ergo dicebat, sed vt me exarmaret vñ cum meis milibus.  
 tum ego quoq; obediui necessario, ne videret piam admonitionem cō- Ionathas Io-  
 temnere. Itaq; d'gressis domum omnibus Ionathas & collegz scribunt annivt ad se  
 Joanni, vt ad se mane veniat quanto possit cōmitatu militum. facile e- veniat, scri-  
 nim me in suam potestatem redacto vñ fore compotem. ille acceptis bit.  
 literis libenter paruit. Postera die satellitum duos fortissimos ac fidissi-  
 mos iubeo celatis sub veste brevibus gladijs tecum prodire in publi-  
 cum, vt nos possemus defendere contra inimicorum, si qua existeret, in-  
 turiam: ipse quoq; thorace induitus & accinctus gladio quam occultissi-  
 mè in Proseucha ad precandum conueni. Iesus autem me cum amicis  
 ingresso, astans foribus reliquorum ex meis admitti permisit neminem.  
 Iamque nobis ritu patrio precatio[n]es inceptantibus, exurgens Iesus ex Josephi cum  
 me quætit de suppellectile incensæ Regiæ rudiq; argento, apud quem Iesu collo-  
 sint hæc deposita, quorum ideo tum mentionem faciebat, vt tempus in quium.  
 Ioannis aduentum tereret respondi Capellam habere omnia, & decem  
 illos Tiberiensium ciues primarios: iussiq; vt ex ipsis scitaretur an vera  
 loquerer. Quibus habere se fatentibus, quid, inquit, illi viginti aurei,  
 quos argenti rudi certò pondere vendico recipisti, in quem usum à te  
 conuersti sunt: Et hos, inquam, dedi in viaticum legatis missis Hierosoly-  
 ma. ad hæc Ionathas & collegz respöderunt, non recte factum q; legatis  
 ex publica

# VITA IOSEPHI

**Amor multitudinis erga Iosephum.**

**Inopinato periculo cœudit.**

**Iosephus Galilæus inopinato periculo cœudit.**

**Centum legati Hierosolymam reversi.**

**In Arbelâ conuentus.**

**Ionathæ & collegarum aduersus Iosephum conſilium.**

**Ex publica pecunia mercedem soluetim. Plebe autem commota obculdentem hominum maliciam, cum intelligerem non procul à seditione rem abesse, volens magis etiam contra eos irritare populum: Si, inquam, male factum est quod legatis mercedem dedi ex publico, non est eum registi mihi sitis amplius. nam ipse persoluam istos viginti aureos. tum populus tanto magis accensus est, quanto evidentius erat iniquum ilorum in me odium. Tum Iesus videns rem contra quam sperabat succedere, iussit solo senatu remanente abire ceteram multitudinem. neque enim per tumultum posse inquisitionem de tanto negotio fieri. Populo autem reclamante nunquam fore ut me lolum inter eos defractum, venit quidam clam Iesu nuncians, non longe abesse Ioannem cum armato milite. Tum Ionathas non amplius le continentis, Deo fortasse saluti mez prospiciente, alioquin enim non euassem Ioannis imperium. Desinat, inquit, Tiberienſes de viginti aureis inquirere. non enim recessit Iosephus propero hos supplicium: sed quia tyrannidem affectat, & principatum sibi paravit, decepta imperita multitudine. & cum dicto interfectori conabatur mihi manus injicere. quo viso mei comites strilati gladijs intentando vulnera absterruerunt eos: simulq; populus subviolentia. cumq; paulū progressus incidisset in viâ per quem Ioannes veniebat cum manu militum, territus deflexi per quendam angiporum nè oppresſus ad lacum: atq; ita consensu naue Taricheas euasi, tantum non oppresſus inopinato periculo. Quonobrem acceritus inox Galilæorum primatibus, denarsani eis quomodo præter ius & fas penè occitus fuctum à Ionatha & Tiberienſibus. qua iniuria concita tota Galilæorum multitudo hortabatur ne cundaret inimici bellum inferre, sed sine rem eos iuste, ipsumq; Ioannem & Ionatham atq; collegas detere funditus. attaque compescbam eorum iracundiam, ex parte iubens donec cognoscatur. ambi- mus quid nam legati nostri à Hierosolymitanorum ciuitate afferant. a- iebam enim oportere nos nihil circa eorum assensum agere. his verbis persuasi sunt. Ioannes autem tunc quoq; iuncto conatu reuersus est Gi- Ichala. Post paucos aliquot dies legati nostri reuersi nunciabant Hierosolymitanum populum valde itasci Anano & Simonis Gamalielis filio, quod abique consilio publico legatis missis conatu sicut me dimouere à prefectura Galilææ: aiebantque minimum abfuisse quin ades eorum incenzi sint à populo. attulerunt etiam literas, quibus Hierosolymorū primates ex autoritate populi, confirmabant me Galilæis præsidem: simusque Ionatham & collegas eius iubebant quantocvus domum repe- tere. His literis receptis vni in vicum Arbelâ, quo Galilæorum conuen- tum indexeram: ubi ipsi legates narrare quām indignē Hierosolymita- nitulerint Ionathæ maliciam, quodque eius regionis prefecturam suo decreto mihi ratam fecerint, & Ionatham cum suis iussent inde de- cedere. ad quos confestim transmisum epistolam, obseruate iuslo- bellario, quidnā facturi sint. illi recepti epistola territi nō mediocriter, acerbiunt Ioannem & senatores Tiberiensium, & primates Gabaræ, consulentes eos quidnā oporteat facere. Tiberienſes igitur censembarū de- bere eos constanter obtainere administrationem Reipub. nec deferere urbem quæ semel ipsorum fidei se commiserit, maxime cùm ego eos vel- lem inuadere. hoc enim me minatum mētiti sunt. idē probabat & Ioan- nes, addens duos iustitios esse è collegis Hierosolyma q; me accusant spud**

apud populum, quod non recte cutem res Galilææ : dicens id persuasus  
 est facile, tum ob ipsorum autoritatem, tum quod omne vulgus natura  
suæ impibile. Placuit Ioannis scientia : inoxq; Ionatham cum Anania  
 mittunt ad Hierosolymitanum populum, reliquis duobus manentibus  
 apud Tiberiad. m. deducebantur autem securitatis causa à centum è su-  
 is militibus. Tiberientes porro fortis diligenter mœnibus, iusserunt Tiberientes  
 habitatores urbis arma sumere : & à Ioanne, qui tum Gischalis erat, ac- Iosepho bel-  
 ciuerunt non paucos milites qui sibi essent, si ita fors ferret, contra me lumen inferre  
 prædio. Interim Ionathas cum suis iter faciens ut venit Darabitta, qui cogitant.  
 vicus in Magno campo situs est in extremitate Galilææ finibus, media no- Ionathas cù  
 ste in stationem meorum militum excubantium incidit : qui iussos ar- suis captus.  
 ma ponece assenerunt vincitos quo loco mandauerant. mihi autem  
 Leui eorum militum pæfectus rem totam significat, itaque per bidaum  
 dissimulato negotio, per nuncios horratus sum Tiberientes, ut ab armis  
 discederent. ac illi rati Ionatham iam peruenisse Hierosolyma, nihil re-  
 sponderunt præter conuicia, nec tamen sum deterritus, quod minus atque  
 contra eos uteretur, nefas ducens belli civilis initium facere. Volens igi-  
 tur eos extra townia policere, selecta militum decem millia diuisi tri-  
 fariam. Horum partem sublidentem Doris occultè collocaui : mille ve-  
 rò in alto vico montano similiter, distante quatuor stadijs à Tiberiade,  
 expectantes dum signum procurrēdi acciperent. ipse vico egressus sub- Tiberientes  
 stiti in propatulo. id videntes Tiberientes procurabant continuò iaci- in Iosephum  
 entes amarulenta dictoria : tantaq; eos tum insania corripuit, ut pro- posita funebri lectica ornata magnificè circa eam me videlicet lamenta-  
 tarentur per ludibrium. at ego tacitus fruebar eorum stultitia. Volens dictoria iaci-  
 autem Simonem per insidias intercepere & cum eo loazarum, rogaui unt.  
 vt paulum extra urbem cum amicis & stipatoribus securitatis causa pro- Simonem  
 cederent. Velle enim me per colloquium foedus cum eis fetire, & pto. Iosephus per  
 vinciz curam dividere. Tum Simon stultitia situi & lucri cupidine ca- insidias ca-  
 ptus non recusauit venire : loazarus verò insidias suspicatus remansit. p. t., & abdu-  
 aduenientem igitur Simonem comitatum amicis & corporis custodi- cit.  
 bus excepti humaniter gratias agens quod venire dignatus sit. paulo ve-  
 rò post inambulando, quasi sine arbitrio dictatus aliquid seductum ab  
 amicis longius, mediumq; atrepium sublimem meis tradidi perducen-  
 dum in vicum proximum: datoq; signo iniſtibus, petebam cum eis Ti-  
 beriadem. cumq; verinq; coortum esset acre prælum, nostris iam ce-  
 dentibus cohortatione animum reddidi, & Tiberientes tantum non  
 victores intra mœnia compulsi. immissa deinde alia manu per lacum,  
 mandaui ut quam domum primam occupassent incenderent: quo facto  
 Tiberientes vi capti urbem rati, abiectis armis supplicabant eū mu- Iosephus Ti-  
 licibus & pueris ut victimis parcerem. ego verò precibus flexus, imperium bcriadem  
 militum colibui : & dato receptui signo iam vespere ad curandum cor- capit.  
 pus abiij: adhibitoq; Simone ad coniuium, consolabat hominem, pro-  
 mittens remissum me cum Hierosolyma instructum viatico & dedu-  
 storibus securitatis causa additis. Insequenti verò die cum decem ar-  
 matorum millibus Tiberiadem ingressus sum : & acciuis in stadii pri- Iosephus de-  
 matibus populi, iussi qui nam essent defectionis autores dicere. eos in- fectionis au-  
 dicatos inieclis vinculis mili lotapam. Ionatham autem & collegas fo- tores inieclis  
 lutos, numerato etiam viatico, militibus quingentis deducendos Hie- vinculis lo-  
 zopolym tradidi. Deinde Tiberientes iterum ad me conueniunt oran- tapa milita-  
 tes

# VITA IOSEPHI

**Ciuius di-** tes veniam, & quod hactenus cessatum sit repensuros se pollicentes fu-  
**rapi bona** tatis officijs: rogabantq; ut direpta bona veteribus dominis restitu-  
**scilicet ur.** entur mox igitur edixi ut omnia conferrentur in medium. cumq; cun-  
**In Justo Hi-** garentur milites, quendam ex eis conspicatus cultorem solito, scita-  
**storiogra-** gauis veteribus, omnibus grauiorem poenam comminatus nisi profer-  
**phum, Iose-** rent quicquid rapuerant: congestaq; præda plurima singulis ciuium  
**phum falso** agnoscentibus sua reddidi. Hoc loco libet paucis reprehendere iusnum  
**intimulan-** huic argumenti scriptorem, exterosq; qui historiam polliciti yscitare  
**tem.** neglecta non ostendunt ad gratiam odiumque mendacia politetati prode-  
**Criminum** re: nihil enim ab instrumentorum falsarijs differunt, nisi quod illos ma-  
**Iusto Iose-** gis corrumpit impunitas. Is ut videtur bene tempus insinuere, res  
**pho obiecto-** hoc bello gestas scribere aggressus, multa mentitus de me, ne de sua qui-  
**sū depulsio-** dem patria vera loquitus est. quamobrem nunc mihi incumbit necesse  
**seruandam modestiā.** Ut igitur ad te iam sermonē veritam Iuste histori-  
**corum tuo testimonio grauissime, quomodo ego & Galilæi in causa fui-**  
**mus, ut patria tua deficeret à Rege simul & Romanorum imperio? quā-**  
**doquidem priusquam ego ex decreto ciuitatis Hierosolymitanæ in Ga-**  
**lilæam dux intenter, tu cum tuis Tiberiensibus armis correptis popu-**  
**lariter ausi estis infestare etiam Syrorum Decapolim. Tu enim illorum**  
**vicos incendisti, & in illo conflictu tuus famulus ecclit. atq; bæz non**  
**à me tantum dicuntur, sed & in Vespasiani imperatoris commentationis**  
**relata sunt: quodq; apud Ptolemaidem Decapolis crebris clamor-**  
**ibus flagitauerunt ut imperator de te poenas sumeret, niminitum au-**  
**torre calamitatum suarum omnium. fecissetq; id sine dubio, nū Agrip-**  
**pa Rex te sibi ad supplicium deditum, donasset sororis Berenices preci-**  
**fisti in Republica, satis declarant tum vitam tuam reliquam, tum quod**  
**defectionis à Romanis autor ciuibis tuis fueris: id quod evidenter**  
**argumentis paulo post docebimus. nunc etiam alij Tiberienses propter**  
**te accusandi sunt, & docendus lector quod neq; Romanis neq; Regi si-**  
**deles amici fueritis. Verbum Galilæarum maximæ sunt Sepphoris & Ti-**  
**berias tua Iuste patria. Sed Sepphoritæ in meditullio regionis siti, &**  
**& Tiberias** habentes circa se vicos plurimos, quoniam decreuerant seruare fidem  
**maximæ Ga-** dominis, & me excluserunt, & edicto vetuerunt, ne quis ciuium suorum  
**lilæarum** Iudeis militare audeat: vtq; à me minus sibi esset periculi, per fallaci-  
**urbes.** as induxerunt me prius ut invenibus urbem eorum cingerem, quibus  
**Tiberias Iu-** absolutis præsidium sponte receperunt à Cestio Gallo tuum gerente reg-  
**ti patria.** em. Idem cum oppugnarentur Hierosolyma & commune gentis no-  
**stra templum esset in periculo, non miserunt loppetas ne viderentur**  
**arma contra Romanos sumere. Tua vero Iuste patria sita ad lacū Ge-**  
**næareticum, & distans ab Hippo triginta stadijs, sexaginta à Gaulatis, &**  
**Scythopoli centum, & viginti, oppidis ditionis regiae, nulliq; vicina la-**  
**daicarum urbium, si voluisset, facile Romanis fidem sciurare potuit, nā**  
**& publicè & priuatione vobis erat armorum copia. Quod si ego tunc in**  
**causa**

causa fui, vt tu Iuste dic's, quis fuit postea? nam me scis priusquam op-  
pugnarentur Hierosolyma in Romanorum potestate venisse, & vi ca-  
pta Iotapata castellaq; multa alia, multosq; Galilæorum absuntos pu-  
gnis varijs. Tunc igitur oportebat vos nihil amplius à me timentes ar-  
ma proievere. & Regi ac Romanis accedere, siquidem non vltò se coa-  
ctos id bellum suscepisse vos dicitis. At vos exspectastis donec Vespasia-  
nus ad moenia vestra omnes admoqueret copias, ac tum demum arma  
posuistis nictu periculi. immò expugnanda erat vestra ciuitas, nisi Rex  
excusat vestra stultitia impetrasset vobis à Vespasiano veniam. non  
mea igitur est culpa, sed vestra qui hostiles gessistis animos. An nō me-  
ministis quoties victoria de vobis potitus neminem interfecserim? Vos  
verò dissidentes inter vos non propter Regis aut Romanorum studiū,  
sed propter vestram maliciam, centum octuaginta quinq; ciues occidi-  
stis, quo tempore ego à Romanis oppugnabar in Iotapatis. Quid? an nō  
in Hierolymitana obsidione recentita sunt Tiberienium duo mil-  
lia, qui partim ceciderunt, partim viui capti sunt? An ideo te hostem  
fuisse negabis, quia tum ad Regem perfugerat? atqui hoc ipsum te fe-  
cisse aio à me perterritum. Dicis me esse malum hominē. Quid tu cui ca- Iustus capi-  
pitis per Vespasianum damnato Rex Agrippa remisit suppliciū: & cum tis ob faci-  
te magna pecunia donasset, iterum atq; iterum cōicecit in vincula, tori- norā damnā  
esq; egit in exilium: semel etiam quem ipse duci iussertat, reuocauit à tus.  
morte motus Berenices sororis sua precibus. postea toties in maleficijs  
deprehensum cum te præposuisset scribendis epistolis, vt comperit hic  
quoque te mala fide rem agere, in conspectum suum venire prohibuit.  
Sed in hac diligentius inquirere desino. Ceterū tuam demiror im- Iustus de  
pudentiam, qui asseueras omnibus qui hoc argumentum scripserunt te bello Iudai-  
id tractasse melius, cum ne hoc ipsum quidem scias, quid in Galilæa ge- co penitus  
stum sit. eras enim tum apud Regem in Beryto, ac ne Iotapata quidem nihil sciuit.  
Oppugnationem cognouisti, aut quomodo me oppugnatus gesserim po-  
tuisti discere, quando nemo superstes fuit qui tibi renunciare valuerit?  
sed fortè dices te exactè prescripsisse quæ circa Hierosolyma gesta sunt.  
& qui potuisti, cum nec ei bello interfueris, nec legeris Vespasiani cō-  
mentarios? non legisse te autem hinc coniicio, qm̄a scripsisti contrari-  
um. Quod si confidis te scripsisse melius omnibus, cur viuo Vespasiano Iustus Ve-  
acto quorum auspicijs id bellum gestum est, & Agrippa superstite co- spasio ac  
gnatisq; eius viris Græcatum literatum peritissimis, non edidisti tuam Tito defun-  
historiam? Ante viginti enim annos eam scripseras, & poteras à con- & tuam hi-  
scis habere testimonium. Nunc postquam illi non sunt inter nos am. storiam edi-  
plius, nec putas esse qui coarguat, ausus es librum edere. At nō sic ego, dit.  
neque meis scriptis tuui: sed ipsi opus id imperatoribus tradidi, cum  
adhuc recens id bellum penè versaretur in hominum oculis. Conscius  
enim mihi eram veritatis seruare per omnia, vnde speratum testimoni-  
um cōsecutus sum. Quia & alijs multis mox cōmunicavi eam historiā,  
quorum nonnulli bello interfuerant, sicut Rex Agrippa & cognati eius  
aliquot. ipse sane Titus imperator adeo è solis illis libris cognitionem Testimonio  
earum rerum homines petere voluit, vt sua manu subscriptos in bibli- praclaris, de  
theca publicari iussit. Rex autem Agrippa septuaginta duas ad me cōmentarijs  
dedit epistolas, testimonium veritatis ferentes, quarum duas subieci, vt Iosephi.  
Ex ipsis rem ibi cognoscere licet. Rex Agrippa Iosepho suo charissimo Irima epi-  
salutem. Perlibenter legi tuum librum, in quo mibi videtis accuriosus flota.

huc

# VITA IOSEPHI

Secunda e-  
pistola.

Josephus re-  
dicto lusto ad  
historiam  
zedit.

Quatuor mil-  
lia militum  
à Joanne ad  
Josephum  
deficiunt.

Expugnatio  
Sephoris.

Tiberias fe-  
zè direpta.

hæc scripsisse quām ceteri quare & reliquum mihi mittito. Vale mi ex-  
rissime. Re. Agrippa Iosepho suo carissimo salutem. Ex tuis scriptis mi-  
hi videtur non esse opus, ut de me discas aliquid. attamen ubi conuenem-  
simus, coram te docebo quædam quæ nescias. Sic ille absolute meæ hi-  
storiæ de veritate fuit certis, non assentando: neq; enim id eum de-  
cuit: non item per irrationem, vt tu fortasse dicturus es: multum enim  
ab eo absuit talis ingenij prauitas: sed in hoc tantum, vi ipsius testimoni-  
o lectori commendatur scriptorum meorum veritas. Et hæc quidæ  
ad iustum necessarium dicta sint hactenus. Ego porro compositis rebua-  
